




6
3-C
37

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3 H
55


BIBLIOTECA NAZIONALE V.E.
ROMA


VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA IN ROMA


Jos: von Montalegre sc.

ROMANORUM TRIUMPHUS SOLENNISSIMUS,

Quo


Ceremoniæ, veſtitus, currus aliaque, quæ ad honorem hunc ſummum requirebantur,

ORNAMENTA ET ANTIQUITATES illuſtrantur.

Opera & ſtudio

JOHANNIS NICOLAI.





Francofurti ad Mœnum,
Apud Viduam HERM. à SANDE,
M. DC. XCVI.











Sereniſſimo, Celſiſſimoque
PRINCIPI ac DOMINO
DN. ERNESTO LUDOVICO,

Landgravio Haſſiæ, Princi-
pi Hersfeldiæ, Comiti Catimelibo-
ci, Deciæ, Ziegenhainæ, Niddæ,
Schaumburgi, Iſenburgi &
Budingæ, &c.



QUamvis *Sereniſſime Princeps, Domine clementiſſime*, non hæc ſit mea conditio, non doctri-

)(2 næ

næ meæ fiducia, cujus conſcientia fretus *Serenitatem Tuam* alloqui licere mihi putem, hoc præſertim tempore, quo multitudine negotiorum graviſſimorum conſtrictus & illorum magnitudine tanquam fluctu obrut⁹; attamen utcunq; meam excuſationem omnem, ſive tenuitas hæc mea, ſive intempeſtivum obſequium abſumeret, ne *Serenitatem Tuam* adire, præſentemque hunc libellum ſub *Clementiæ Tuæ* tutela deponere auderem; non ſolùm audendi mihi animum dare, ſed ad commendationem etiam prodeſſe vel

ipſum

ipſum argumentum poſſe ſperabam, quippe de *Triumphis Romanorum* agit, pompa ſanè omnium rerum ſplendidiſſima, quâ omnes Heroes fortiſſimi exornabantur. Cum itaque mente volverem & revolverem mihique in memoriam revocarem varia Heroica facta ab Illuſtriſſima & Celſiſſima Domo hactenus peracta jure meritoq; *Triumphos* & *Trophæa* erigere mihi licuit, quæ his plagulis erecta in ſubjectisſima devotione volo, quos ad pedes *Serenitatis Tuæ* humillima veneratione devolvi, ut ſub *Serenitatis Tuæ*

nomine & patrocinio à malorum injuriis securi paterent; non dubitans, quin clementissimis oculis accepta fuerint ea, quæ ex devotissima Veneratione subjectissime oblata sunt, Voto pio hoc annexo, ut Deus Ter Optimus Maximus *Serenitati Tuæ* cum conjuge inter *Heroinas* benignissima annos Platonicos clementissime largiatur, quo ceu *Pater Patriæ* desideratissimus quam diutissimè Regioni præesse possit; in hostes triumphet certissimè & tandem ceu Triumphator gloriosissimus corona Salutis coronatus cælestia ingrediatur.

Tuæ Serenitatis

Dabam Marburg. d. 22. Martii 1696.

devotissimus Cliens

Johann. Nicolai,
Schwartzb.

PRÆFA-





PRÆFATIO AD LECTOREM.

F*Avorem tuum B. L. quo desidero vehementiùs eò diligentius omnem impendo operam, ut appetitui satisfaciam. In publicum jam prodit Tractatulus de TRIUMPHIS ROMANORUM materia omnium rerum splendidissima, in quo varii ritus adducuntur, antiquitates explicantur, & quæ ad hanc pompam plus quam Regiam necessaria justo ordine tractantur, & quæ magnis voluminibus comprehensa, paucis ante oculos ponuntur, ubi in compendio quasi ornamentum hoc Romanorum excellentissimum ad perlustrandum proponitur. Non dubito itaque, quin, si B. L. negotium in se susceperit & illum perlegerit, laborem non inanem judicaturus sit. Interim peto, ut B. L. hunc benevolis oculis aspicere & perlustrare nec non omnia bona in sui commodum adhibere, mala autem, si quæ sunt, æquo animo perferre & pro humanitate illis veniam dare velit. Id si impetravero, quovis officiorum genere compensabitur. Vale & Fave. Dabam Marburg. 1696. d. 22. Mart. 1696.*



I.

OTTONIS PHILIPPI ZAUNSCHLIFFERI JCti & Antecessoris Marpurgensis

GRATULATIO

Ad Clariß.

DN. NICOLAI,

De Triumphis differentem.

HYblæus dum clarus opes cum laude recludit
Grande brevi in tabula dans & acutus opus.
Helluo librorum variorum quique *Triumphos*
Ipse *Triumphorum* pristina jura docens
Candida simplicitas, veri es, studiosus & artis
Laus hinc est famæ non moritura Tuæ.

JOH.

II.

JOH. HENRICI Kleinschmidt/
Jurium D. atque Prof. Ord. Marburgi.

Ad Clariss. atque Acutissim.

DOMINUM JOH. NICOLAI,
Jam in hac Alma Universitate duorum Prænobilissimorum Dominorum Studiosorum de Schenck, à Schweinsberg Ephorum vigilantissimum Autorem curiosissimi libelli de TRIUMPHIS dignissimum.

MOs erat ex auro factas aut ære coronas
Tradere, cui forti prælia facta manu.
Tu, mi Nicoleos, multa majora mereris,
Quando triumphales promis ab ore modos.
PANVINIO quondam magno tentata labore
Tu peragens, summi cudis honoris opus.
Certandum est, nulli veniunt sine Marte Triumphi
Quod reliquis tribuis Tu decus omne capis.

III.

VIrtutem summam summi comitantur honores
Sive sit illa sagi, sive sit illa toga.
Major in humanis non visa est gloria rebus
Ad quam Regalis nil prope splendor erat

Quam si quis victo retulisset ab hoste triumphum:
Hoc erat aeternum, perpetuumque decus.
Hoc Tua dum Nobis demonstrat pagina doctè &
NICOLEOS verè, qui vocitaris erit.
Pergito sic doctis tenebras dispellere chartis:
Major, Io! quovis ille triumphus erit.

Sic Clarissimo & Doctissimo Viro DN. Joh. Nicolai eruditum de Triumphis commentarium edenti lubens meritoque applaudit

GEORG OTHO, Lingg. & Poës. in Acad. Marburg. Prof. Ordinarius.

IV.

Ad Virum Clarissimum pariter ac Eruditissimum

DN. JOH. NICOLAI,

Amicum suum perquam dilectum.

SI Bachum colimus de Bacho solvimus ora
Si colimus Cererem, manat ab ore Ceres

Si

Si gregis Aonidum cultissima visimus arva
Laudibus Aonidam tollimus arva gregis
Sic dum Musarum jam sacras incolis ædes
De Musis tantum publica verba facis
Sit tibi de claris consvetus sermo triumphis
Romani populi cunctaque tempus habent.

JUSTUS CHRISTOPHOR.
à Baumbach/Nob.Hass.

V.

Ad Doctissimum

DOMINUM NICOLAI,

hujus Libelli Authorem.

PRomissum, vir docte, tuum, quod maxima doctis
Promisit dudum: denique scripta dedit.

)(6 *Iudi-*

Indicio tanto, tanto congesta labore
Ut Romanorum cuncta trophæa prodant
Gratulor ergo tibi meritò doctissime amice
Omnia, quæque fiunt, sint rata vota precor.

CAROLUS GUILIELMUS de Meysenbough, Nob.Hass.

VI.

Clarissimo ac Doctissimo
VIRO
DN. JOHANNI NICOLAI,
Poly Histor.

Cum Tractatum de Triumphis Romanorum ederet.

CArmina me flagitas? constans sis tu tibi carmen
Te plausum patriæ spondeo lætitiæ.

Nam

Nam tum laudanda est meritò dilectæ voluntas
Scribere festivas, qua cupis exuvias
Romanorum, perge modo decurrere captum
Sic tuus æterna laude vigebit honos.

J. W. Crausius.

VII.

Ad Præstantissimum ac Doctissimum VIRUM

JOHANN. NICOLAI,

Cum suum de Triumphis Romanorum Libellum publici Juris faceret.


Sicut apis volitans vernantia prata pererrat,
Floribus incumbit, flavaque mella legit:
Sic quoque Doctorum volitans per Scripta Virorum,
Pandere quaque cupis festa trophæa Tuis.

Qui

Quî totus populus potuit spectare Triumphos,
Cumque Ducum Titulis oppida capta legit.
Quî laus, & montes, qui tot castella, tot amnes,
Plena feræ cædis, plena cruoris erant.
Tempora quî Phœbi lauro cinguntur Ioque,
Miles Io *magnâ voce* Triumphe *canit.*
Quique trahunt famulos Reges, qui fracta metallo
Oppida vel montes, Flumina capta ferunt.
Candidaque adductâ collum percussa securi,
Victima purpureo sanguine tingit humum.
Rite facis: cœpto fac pergas currere cursu,
Nec tibi, nec Patriæ cum studiis deeris,
Nec te pœniteat duros subiisse labores,
Serto namque tuum cinget Apollo caput
Grato, restat AMICE, tibi nunc carmine grator,
Fiat, quo patriæ stes honor ipse tuæ.

Conradus Christianus
Reuter.

In No-



In Nomine Jesu Amen.

CAPUT I.

De *Triumphorum etymologia.*

§. 1.

TRiumphi nomenclaturam Latinis non fuisse vernaculam, sed per Enallagen Symbolicam è Græca voce Θρίαμβος derivatam verisimile videtur, ita tamen, ut aspiratio ex sylliba antepenultima in ultimam sit translata & permutatio permutandarum reliquarum literarum figurata. Sectantibus itaque orthographiam sine aspiratione, patrocinatur *Marcus Tullius Cicero*, utpote qui in *Oratore adBrutum pag.*188.*col.*1.præscribit: *Quin ego ipse, cum scirem ita majores locutos esse, ut nusquam nisi in vocali adspiratione uterentur, loquebar sic, ut pulcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem dicerem: aliquando, idque se-*

rò, convitio aurium, cum exorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi.

§. 2. Θρίαμβος, ut *Varro*, *Passeratius*; *Thomas de Sanct. Quercu*, & id genus alii Scriptores classici asserunt, erat cognomentum *Liberi* patris; utpote quo apud *Thebanos* de Indis in *Græcia* primo omnium triumphante milites comitantes foliis ficulneis, quæ θρία appellantur, perhibentur vultus suos cooperuisse & ingenti vocis festæ contentione applausisse: *Io Thriambe Baccho Io.* conf. *Thom. de Sanct. Querc. in voce Triumph.* Ab his haud longè abludere videtur *Livius lib.* 45. Milites laureati Triumphum nomine cient. Ciebant autem solennem illam pompam milites, dum è pugna victrice reduces Imperatoribus suis Triumphando in Capitolium se conferentibus acclamabant. *Io Triumphe! Io Triumphe*; id quod testatur citatus *Thom. de S. Quercu* ita disserens: *In the greater triumph soul diers followed crynig: Io Triumphe! Io Triumphe!* prout effulget ex illo *Nasonis* ad Cæsarem super devicta Germania 4. *Trist. eleg.* 2.

Cri-

Crinibus en etiam fertur Germania passis
Et Ducis invicti sub pede mœsta sedet
Collaque Romanæ præbens animosa securi
Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.
Hos super in curru Cæsar Victore veheris
Purpureus populi vita per ora tui.
Quaque ibis manibus circumplaudère tuorum
Undique jactato flore tegente vias
Tempora Phœbea lauro cingentur: IOque
Miles IO magna voce TRIUMPHE
canet.

Io particula est, quæ lætitiæ gestientis affectum exprimit; Hinc *IO Triumphe* vox erat clamantium militum per urbem, dum redeuntes in Capitolium euntem Imperatorem prosequebantur. *Horat. Epod.9.* Io triumphe tu moraris aureos currus & intactas boves, Io triumphe, nec & reliqua. *Ovid.* supra citato loco calculum addit. Confer. *Demster. ad Rosin. antiq. pag. m.* 1621. *lib.* 10. *Salmas. not. ad Panciroll. pag. m.* 633. *edit. Amberg. in* 8. Verùm tantum abest, ut Romani Germaniam totam expugnarint, ut ne semel quidem ullo die aut nocte in penitiora Regionis viscera penetrârint, id quod ipse fatetur *Cornel. Tacit. cap.* 37. *de Germ. morib.* & Commentat. in hunc lo-

locum pluribus oſtendunt. vid. *Juſt. Lipſ. not. fol. m.* 448. *edit. Antverp.* 1648. *Georg. Caſpar. Kirchmajer in Tac. de Germ. morib. pag. m.* 392. 393. *edit. Witteberg.* 1664.

§. 3. Alii exiſtimant *Triumphum* ἐκ τῶ τριῶν dictum eſſe, quippe quem ſua decernentium judiciorum celebritate cohoneſtabant *Ordo Senatorius, Popularis & Militaris*, ut apparet ex *Svetonio Tranquillo* & *Pomponio Læto. Zonaras tom.* 2. *Annal.* hanc ſententiam approbat, cum aſſerit, nomen *triumphi* à tribus ordinibus, Senatu, populo, & militibus unà incedentibus, originem traxiſſe, literarum in Græco vocabulo Θρίαμβος nonnulla mutatione facta. Notum enim eſt, quod poteſtas dandi hunc honorem penes *Senatum* & quidem integrum, fuerit. Facto à Senatu decreto, de eodem ad *populum* ferebatur uti refert citatus *Demster. pag. m.* 1623. *lib.* 10. Etſi etiam *Iſidorus* à tripartito illo judicio, quod ſolitum erat eum, qui triumphans urbem ingrederetur, ab *Exercitu* primum, deinde à *Senatu*, tum denique à populo honorari; *Triumphum* fuiſſe nominatum cenſet, Græcam tamen notationem magis

ſibi

sibi placere *Gualtherius* fatetur ad *Horat lib.* 4. *od.* 2. Et licet milites acclamàrint Io *Triumphe* attamen votum militare era duntaxat suffragium servile, usque adeò uti conscriptus stipendiosus Romanorum exercitus Victorem quidem potuerit Triumphatorem denominare, sed non authoritate Dominica confirmare, prout hoc probatur ex illo *Livii. dec.* 4. *lib.* 3. *Lucius Manilius Alcidinus ex Hispania decedens prohibitus à M. Portio Lecca, ne ovans rediret, cum à Senatu impetrasset.*

§. 4. *Matthias Martinius* in Lexico suo Philologico Triumphum deducit ex θεῖον frons & ἀμβαίνω adscendo. Ascendebat namque Victor propter *magnum diem* festa fronde coronatus in locum Triumphatui consummando destinatum, qui erat Capitolium. conf. *Thom. de S. Quercu in Lexic. etymol.* nisi ab Hebræo תרגנער. Verbum igitur Θριαμβεύω Latinis est *triumpho* & effertur de eo (1) qui triumphum agit. Sic de *Titi Vespasiani* fratre Domitiano legitur: De Dacis Cattisque duplicem Triumphum triumphavit; de Sarmatis autem so-

lùm Lauream usurpavit, quam Jovi Capitolino retulit. Sumptuosissima spectacula edidit & tales ludos septimos seculares fecit, quales singulis centum annis celebrabantur, posteaquam horum primos instituerat Publicola anno ab Urbe condita CCXLIV. in quibus per tres dies atque noctes sacris totus populus operabatur ad aras Jovis & Apollinis, quibus candidus mactabatur taurus, & huic Palatino Vatum Deo canebatur carmen à pueris puellisque patrimis atque matrimis: deinde Junonis, cui juvenca itidem candida, & hæc quidem interdiu, noctu verò Dianæ, Proserpinæ, Terræ & Parcarum, quibus furvæ hostiæ, luminaque accendebantur. Quintos fecisse Augustum & Agrippam, Furnio & Syllano Coss. proditum est, in quibus cantabatur in Capitolio à Virginibus puerisque carmen Horatianum, quod Seculare inscribitur, Præco autem ad istiusmodi solennitates populum sic convocabat: *Ad eos convenite ludos, quos nemo vestrûm antehac spectavit, nemo posthac spectaturus.*

§. 5. Notandum quoque est, quod Domitianus quinquennale *Capitolino Jovi* certamen instituerit, *Musicum, Equestre* & *Gy-*

mni-

mnicum: quod fuit autor Capitolinorum agonum, per quos *Annus Magnus* & lustrum diligentius ſervabatur: quod omnibus certaminibus præſedit habitu Deorum veſtitus, Germanicam geſtans coronam, cum effigie *Jovis* & *Junonis Minervaque*: quod poſt hæc ſpectacula Jovi Capitolino dicata, procedente tempore more *Caligulæ* ſe & Dominum & Deum appellari juſſerit. Qui non modo ſibi aureas argenteasque ſtatuas & arcus triumphales conſtitui juſſit; ſed & aſſumpto *Germanici* nomine, Septembrem ac Decembrem menſes à ſe denominavit; congiarium populo, Epulum Senatui Equeſtrique Ordini dedit, multa publica ædificia exædificavit, & Jovi cuſtodi ingens Templum in Capitolio erexit, ſeque in ſinu illius ſui Dei conſecravit.

§. 6. Verbum triumphare (2.) etiam ſignificat, qui Victorem reddit Triumphatorem, ſeu efficit, ut Victor hoſtes in Triumpho ducat; ſeu exhibitos publicè ſpectaculo triumphali pudefaciat. Sic eloquaris: Gordianum juniorem Imp. triumphavit ſo-Miſitheus. Miſithei namque viri doctiſſimi filia prius ipſi nupſerat, quàm ad bellum Perſicum cum ingenti exercitu, per Mœſiam,

proficiſceretur, ac quicquid hoſtium in Thraciis offenderat, delebat vel ex pellebar. Inde per Syriam ad Antiochiam devenit à Perſis occupatam, ibique frequentibus prælliis ſecundioribus ſic pugnavit, ut vinceret & Sapore Perſarum Rege ſubmoto Antiochiam, Carras & Nisbin, quibus Perſica jā gaudebat Jurisdictio reciperet. Quæ omnia Senatui ſcribens Victor, Miſitheo ſocero accepta retulit, uſq; adeò uti Senatus mox tantam ταπεινοφροσύνην demirans Diis ſupplicationes decreverit, Gordiano, quadrigas Elephantorum, Triumphalem autem Miſitheo Currum equorum & Titulum magnorum honorum hoc modô :

MISITHEO EMINENTI VIRO,
PARENTI PRINCIPUM
PRÆTORI TOTIUS URBIS
TUTORI REIPUBLICÆ
S. P. Q. R. VICEM REDDIT.

Reddit iſtiusmodi Triumphum hodieque reviréſcentem Triumphale illud numiſma, in quo Triumphatoris *Gordiani* ſtatua conſpicitur paludata, thorace picto induta, ocreata, redimita quoque tempora lauro, ſtans in ſuggeſtu, ſiniſtra ſchedam tenens dextra geſtu quaſi alloquentis milites. Milites loricati & haſtati coram eo

ſtant,

ſtant, ſigna geſtantes militaria, quibus Aquila, imago Imperatoris, velabrum & Delphinus ſunt impoſita, ſubſcriptum autem: EXERC. PERS. Verùm in tali ſignificatu verbum *triumphare* ſonat potiùs Helleniſmum quam Latiniſmum.

CAPUT II.

De *Triumphorum differentia & Ovatione.*

§. 1.

HAbebat itaque apud S. P. Q. R. nulla res tantam admirationem, autoritatem, celebritatem, pompam ac gloriam, quantam Triumphus: quandoquidem Triumphator omnibus Jovis Panomphæi inſignibus, ſceptro, tunica palmata, niveis quadrigis albis equis eniteſcebat. Siquidem Triumphus ſummus Romanæ Urbis honos erat, quo ille decorabatur Imperator, qui talem conſecutus erat victoriam, qualis ipſi ſteterat rara ſuorum internecione & multo hoſtium cæſorum ſanguine captivorumque vulnere, juxta illud *Valerii Maximi lib. 2. c. 3. de jure Triumphandi pag. m. 210. edit. Lugd. Bat.* 1651.

Ob levia prælia quidam Imperatores triumphos sibi decerni desiderabant (uti anno Urbis DCXCI. contigit) quibus ut occurreretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi qui quinque millia hostium una acie cecidisset. Non enim numero, sed gloria triumphorum excelsius urbis nostræ futurum decus majores existimabant. Cœterum ne tam præclara lex cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adjutorio fulta est, quam L. Marius & M. Cato tribb. pl. tulerunt. Pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum civium falsum numerum, literis Senatui ausi essent referre. Jubetque eos, cùm primùm Urbem intrassent, apud Quæstores urbanos jurare, de utroque numero vere ab his Senatui esse scriptum. Quod igitur Triumphus maximus omnium honos fuerit testantur *Rosin. & Demestr. in antiq. Rom. pag. m.* 1621. *Oliv. in not. ad. Valer. Maxim. Joh. Jacob. Hoffmann in Lexic. Univers.* aliique autores fide digni. Sic etiam Poetæ uti *Valerandus Varanius Triumphum* salutat, *Nobilem*, Claudianus, *Laurigerum*, *Ovid.* Magnificum, Horatius *Superbum*,

salu-

Sillius *Sublimem*, Mantuanus *Illustrem* & *Pompalem*.

§. 2. Quicunque igitur nostra ætate de Triumphis verba fecerunt, illos dispescunt in *Minores* & *Majores*. Si quis autem scire desiderat discrimen inter Triumphum *minorem & majorem*, evolvat *Perottum*, qui in suo *Cornu copiæ fol.* 74. *col.* 1. describit, quod Ovatio minor sit *triumphus*; & qui ovando Urbem ingrediuntur, uno utuntur equo, & à Plebejis sive Equitibus deducuntur ad Capitolium; atque ex ove sacrificabant, propter quod ab ovibus quidam ovare dictum falsò existimant. Ita *Thomas de S. Quercu* sic scribens: *The lesser kind of Triumph vvas properly called Ovatio ab ove, from à sheep vvhich in this time of his triumph vvas led before him, and aftervvard sacrificed by him.* Bissius *in annotat. ad Claud. Claudian. lib. de raptu Proserp. edit. Mediol. fol. m.* 246. deducit ovationem ab oh oh! quæ in ovantis plausum à circumfluente populo erumpebat. Alli *Ovationem* ab *Ohe*, quasi *Ohatio*. Alii ab Evæ εὐοῖ quæ est vox exultantium & bacchantium tanquam εὖ οἱ benè illi. Hinc *Bacchus* Evius

dictus. *Horat. lib.* 1. *od.* 18. Monet Sithoniis non levis Evius. *Stat. lib.* 2. *Thebaid.* Cum te tener *Evie* partus. *Horat. lib.* 2. *od.* 19. Eveu parce Liber. Causa quare dicatur *Evius* est, quia ebrii & lætantes clamare solent *Evio Evio,* Ovid. *lib.* 1. *de arte amandi,*

Pars hymenæa canunt pars EVIO, EVIO clamat.

Et *Persis Satyr.* 1. *Evion ingeminet. Levinus Torrent ad lib.* 1. *Od.* 18. *Horat.* Probabilis, ait, illorum est sententia, qui sic appellatum existimant, quod cum bello Gigantæo strenuè admodum se gesisset, Jupiter eum collaudans Εὖ υἱὲ dixit. Vocatus est *Evius* Bacchus, ut ait *Traquellus ad lib.* 6. *c.* 4. *Alex. ab Alex.* quod cum in Gigantomachia dimicans non appareret, Jupiter discerptum à Gigantibus judicavit, dixitque Heu υἱὸς. Verum *Acron* in *Horatium* scribit, quod fortiter se gesserit, & inde pater dixerit εὖ υἱὲ. Verum ut ut sit, aliam derivationem adducit *Alexander ab Alexandro p. m.* 616. *edit. Lugd. Bat.* 1637. scil. *Ovationem* originem traxisse à Græco εὐάν, uti *Plutarch.* & *Dionys. Halicarnass. lib.* 5. testantur, ubi poste-

posterior in hæc prorumpit verba ; *Posthumium,* inquit, *minore pompa* & humiliore, quam depravato vocabulo nominant Ovationem quasi εὐαςλω. Quidam à Chaldaico אופע derivant, quod effulgere significat. vid. *Thom. de S. Quercu.* Præclarè quidem dicunt, qui originem vel ab Hæbræo הופיע i. e. manifestavit se, cujus kal est יָפַע h. e. illustravit deducunt; Verum tamen *Ovatio* censetur vox solis Latinis donata, ut conformem nesciant sibi exactè effingere reliquæ linguæ.

§. 2. His visis progredimur ad *Ovationem* ipsam, quam nobis describit *Dionys. Halicarnass. in Antiq. Rom. lib. 5. fol. m. 314. edit. Lips. 1691. cap. 6.* quod Dux non curru, nec picta auroque intexta trabea urbem ingressus fuerit. confer. *Rosin. antiq. pag. m. 1620. Thysii Annot. ad Valer. Max. p. m. 214.* Thomas de S. Quercu Anglus, ovationem ita describit : Ovatio *a small triumph for a victory gotten Without shaughter of men, in which the Prince or Captain did either go on foot, or ride on horse-back with his souldiers about him: singing or shouting for joy, and Wearing on his head a garland of Myrthe.* i. e. Ovatio triumphus minor erat ob victoriam deportatam quæ sine cæsione virorum facta, ubi Dux vel pedibus incedebat, vel equo vect⁹ militibus circumdatis canentibus & lætantibus & in capite coronam myrteam gerebat. conf. *Bissii annot. ad Claud. Claudian. fol. m. 24. edit. Mediol.*

A 7 §. 3.

§.3. Causæ cur Duci triumphaturo ovatio decreta fuerit, ex *Gellio, Plinio, Plutarcho, Pomponio Læto, Alexandro ab Alexandro, Rosino* aliisque plures reperiuntur, inter quas (1) Cum bella non rite indicta, neu cum justo hoste gesta erant. Sunt verba in eam rem *Gellii lib. 5. cap. 6. pag. m.* 114. *edit. Colon.* 1526. (2) Cum nomen hostium fuerat nimium inidoneum seu humile, velut servorum privatorúmq; *Alexander ab Alexandro Genial. dier. lib. 6. p. m. 616. edit. Lugd. Bat. in 8o. legit piratarum.* De his iterum *Gellius* cit. loc. Hinc *Florus lib 3. c. 19.* de servili Syri Euni bello in hanc sententiam eloquitur: *Perpetua Imperator fuit de servis Ovatione contentus, ne dignitatem triumphi servili inscriptione violaret.* His accensentur *fugitivi. Plin. lib. 16. cap. 29.* Scribit hinc *Gellius cit. lib. c. 5.* Crassum, cum bello fugitivorum confecto ovans rediret, coronam myrteam, quâ ovantes coronabantur, insolenter aspernatum esse. (3) Cum deditione repente facta, victoria sine pulvere obvenerat incruentaq;. Vid. *Plin. lib. 15. cap. 29. Gell. lib. 5. c. 7. Fest. Pompej. lib. 13.* Hinc B. Rhenanus ad *Tertulliani* librum de corona militis pag. 470. annotat:

Myrtus

Myrtus bellicis quoque se rebus inservit, triumphansque de Sabinis Posthumius Tubertus in Consulatu (qui primus omnium ovans ingressus Urbem est, quoniam rem leviter sine cruore gesserat) myrto Veneris Victricis coronatus incessit, optabilemque arborem etiam hostibus fecit. Hæc postea Ovantium fuit corona. Venerea namque multi Ethnici armis uti putarunt, quapropter cum armis ejus simulacrum sculptum est. *Pausan. lib.* 2. *p.* 88. & *lib.* 3. *p.* 177. ipsaque vocatur hastata. De armata Venere extat epigramma *Leonidæ lib.*4.*Anthol.* (4) Cum initæ erant induciæ. (5) Cum Imperator non hostili armorum oppugnatione, sed amicabili verborum conventione vicerat.(6) Cum vel in aliena provincia, vel alienis auspiciis, vel alieno exercitu, vel sine Magistratu res gesta erat vid. Alexandr. ab *Alexandro Genial. dier. lib. 6. pag. m.* 616. Ita *Liv.* 4. *Decad.*4. *in ovatione* M. Helvii, Causa, inquit, triumphi negandi Senatui fuit, quod alieno auspicio & in aliena provincia pugnasset. Et iterum *Decad.* 4. *lib.* 1. ad finem, ubi cùm *L. Furius* Prætor triumphum ex Gallis peteret, majores natu Senatores negabant, quod alieno

exer-

exercitu & aliena provincia rem gessisset, magnaque pars Senatus nihil præter res gestas, & an in magistratu, suisque auspiciis gessisset, censebant spectare Senatum debere. Idem *Livius. decad. lib.* 4. refert, Appium Claudium Prætorem ob rem feliciter gestam adversus Celtiberos, ovantem fuisse urbem ingressum. Causam autem triumphi negandi Senatui fuisse, quod alieno auspicio & in aliena Provincia pugnasset. vid. *Vellej. Paterc. lib.* 2. Sic de *Cornelio Lentulo* scribit *Liv. dec.* 4. *lib.* 1. Per idem tempus *L. Cornelius Lentulus* Proconsul ex Hispania rediit, qui cum in Senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuisset, postulassetque, ut Triumphanti sibi invehi liceret in urbem: res triumpho dignas esse censebat Senatus: sed exemplum à majoribus non accepisse, ut qui neque Dictator, neque Consul, neque Prætor gessisset, triumpharet: Proconsulem illum Hispaniam Provinciam, non Consulem aut Prætorem obtinuisse. Decurrebatur tamē eo, ut ovans urbem iniret: intercedente T. Sempronio Longo Tribuno pl. qui nihilo magis id more majorum aut ullo exemplo futurum diceret. Postremo victus consensu Patrum

Tribu-

Tribunus cessit,& ex SC.L.Lentulus Ovans urbem est ingressus. Argenti tulit ex præda 44000. pondo: auri 2450. militibus ex præda 120. asses distribuit. (7.) Cum & bella parva erant profligata,& verò magnus militum, civium atque sociorum numerus desideratus. Hinc non triumpharunt, sed ovarunt C. *Terentius*,L.*Manilius Proconsul.* Hinc denique (8.) non semel usu venit, ut qui ratione Victoriæ unius majoris triumphasset, ratione alterius minoris ovaret, quemadmodum inter cętera patet ex epitome *Thesaur.Antiquit. Jacobi de Strada p.96.* ubi de L. *Septimio Severo* Pertinace Imp. recensetur: Cum Parthos, Arabes, Adiabenosque devicisset, Triumphum quod pedibus consistere in curru ob articularem morbum nequiret,filio concessit. Tum iterum in Orientem profectus, Arabiam & Armeniam pervagatus, Parthos superavit. Recognitis exercitibus urbem Ovans ingressus.

§. 4. Proinde omninò omnis solidæ veritatis expers est illa assertio *Onuphrii Panvinii* & complurium, quotquot sunt sequacium aliorum; Hunc *Ovandi* usum non diutius nisi usque ad *Neronis Clau-*

dii

dii Imp. tempestatem floruisse & vigu isse. vid. *Guichard. tract. de triumph pag. m. 33. edit. Amstel.* 1665. Non negandum, quod aliquando pro *Ovatione* triumphus incesserit Romæ, veluti admirabundus memoriæ posteritatique tradidit *Livius Dec.* 4. *lib.* 10. Alter Consulum Q. Fulvius ex Liguribus triumphavit, quem Triumphum magis gratiæ, quàm rerum gestarum magnitudini datum constabat. Armorum hostilium magnam vim transtulit: nullam pecuniam admodum. Divisit tamen in singulos milites tricenos æris, duplex centurionibus, triplex equiti. Nihil in eo triumpho magis insigne fuit, quàm quod forte evenit, ut eodem die triumpharet, quo priore anno ex Prætura triumphaverat. Ita *Tiberius Cæsar* ut scribit *Sveton. in vita illius cap.* 9. curru, instar triumphantium, non equo vel pedibus instar Ovantium urbem intravit. vid. annot. ad *Alexand. ab Alexandro, gen. dier. lib.* 6. *pag. m.* 618. 619.

§. 5. Hoc triumphandi genus ab urbe condita anno CCLI. P. *Posthumio Tuberto II.* & *Agrippa Menenio* COSS. institutum fuisse ex *Licinii annalibus* constat. His calculum addit *Plin. lib.* 15. *cap.* 29. *in fin.* cujus

jus hæc sunt verba: Bellicis quoque se rebus inseruit, triumphansque de Sabinis Posthumius Tubertus in Consulatu, qui primus omnium Ovans ingressus urbem est: quoniam rem leviter sine cruore gesserat. Conf. *Onuphr. Panvin. comment. in lib. 5. Fastor. fol. m.* 344. *edit. Heidelberg.* 1558. Sed aliter *Dionys. Halicarnass. lib.* 5. ubi dicit hanc causam fuisse, quod ei triumphus non fuerit decretus, tantum ovatio, ob cladem paulò ante acceptam cum ignominia, quando multis desideratis parum abfuerit, quia ipse in fuga veniret in potestatem hostium. Nam ut non multò ante scribit, *Posthumius in sinistro cornu abolendæ ignominiæ cupidus, dextrum hostium cornu impulit, nullo vitæ respectu, dummodo vinceret, velut insanus certusque mori, conjiciens se in hostes medios.* Meminit hujus *Pomponius Lætus* in compendio historiæ Romanæ ita scribens: *Prima OVATIO data est P. Posthumio Tuberio, qui fuit collega Menenii Agrippæ Lanati, & huic Triumphus datus. Ille primum contra Sabinos re male gesta, liberatus est ab Agrippa, in altero prælio causa Victoriæ fuit. Ita cum ambobus honos haberetur, Senatus hujus laudis decus excogitavit, ut non sella curru-*

curruli, sed pedes cum exercitu exciperetur. Verum sanguis in ea Victoria & nostrorum & hostium effusus est.

CAP III.
De
Habitu Ovantium &
Pompa.

§. 1.

QUod ad habitum seu pompam Ovantium attinet, illum describit *Onuphrius Panvinius in Comment. ad lib. 5. Fast. fol. m. 344. edit. Heidelberg.* 1588. Ex SC. ovantes pedibus primum, deinde non curru sed uno equo vecti urbem ingredi solebant, nec sceptrum tenentes in manu, nec trabeam vel togam pictam, aut aurei clavi vestem &c. *Alexander ab Alexandro lib. 6. genial. dier. p. m. 618. edit. Lugd. Batav. in 8vo.* rem ita literis tradit: Ipse vero Dux cui ovandi honos datur, myrtea insignis corona, sceptrum manu tenens, non triumphali picta vel aurata veste, nec curru quadrijugo, sed purpura decorus insidens equo, subsequente plebe sola & equestri ordine incedebat. Quæ omnia ordine perlustrabimus.

§. 2. Ami-

§. 2. Amictum seu habitum Ovantium quod concernit, fuit ille *toga prætexta*, quæ Magistratuum toga erat, cui purpura prætexebatur teste *Rosin. antiquit. Rom. lib. 5. pag. m. 729.* Prætexta scribit *Oliv. in not. ad Valer. Max. lib. 3. de indole pag. m.* 1240. erat vestis purpurea, qua utebantur nobiles pueri usque ad quartum decimum annum, quam teste *Macrob. lib. 1. cap. 6. pag. m.* 208. primus T. *Hostilius* Rex Romanorum tertius, debellatis Hetruscis, ut Romæ haberetur, instituit. At postea *Tarquinii Demarati* exulis filius Priscus, Rex quintus à Romulo, de Sabinis triumphans, filium suum quatuordecim natum, quod in bello hostem manu percusserat prætexta donavit. Conf. *Oliv. not. ad Valer. Max. p. m.* 667. Hinc *pretexati* nobiles illi dicuntur apud *Gell. lib.* 1. *cap.* 23. Jul. *Cæs. de bello Alexand. lib. p. m.* 692. *edit. Lugd. Bat.* 1651. *edit. opera Arnold. Montan.* Attamen illi quoque, qui Magistratum gerebant, quique Sacerdotes erant, prætexebant purpura viriles togas suas. *Germanicus* apud *Tacitum lib. 2. Annal.* Vidit se operatum & sanguine sacro respersa prætexta pulchriorem aliam

mani-

manibus Aviæ accepisse ; ubi *Lipsius* annotat: *Germanicum* fuisse prætextatum, utpote Augurem. Et addit, Sacerdotes tantùm usos prætextâ, Atqui Germanicus erat prætextatus, non tantum quia Augur, sed quia exercitus Imperator & cum potestate Proconsulari erat. *Livius:* Purpura viri utemur in magistratibus prætextati, in Sacerdotiis liberi nostri prætextatis purpura togis utentur *lib. 34. Appian. lib. 2. belli civilis* de Consule Dolobella, *prætextam* induit, differit. *Propertius.* Curia prætexto quæ nunc nitet alta senatu. *lib. 4. eleg. 1.* conf. *Kipping. antiq. lib. 4. c. 5. pag. m. 739. edit. Franc.* Plenius describit *Thomas de S. Quercu* Anglus hoc modo: Prætexta *a kimd of gowk or long robe edged or garded about with purple silk: This kimd of gown at the first was used only by the Roman Priests, and chief Magistrates, as the king of Rome aud other great Officers when t. eg sate in their Majesty and was wont to be burned with them, thad died in their office. It was also a coat thal Captains wore in triumph, and that Senators were known by from the order of Gentlemen.* Alexander ab Alexandro *genial. dier. lib. 6. pag. m. 618.* addit, quod *Ovans*

pur-

purpura decorus incesserit. vid. *Sveton. in Neron. c.* 25.

§. 2. Equo insidens *Ovans* urbem ingrediebatur, vel etiam pedibus, uti Dionys. *Halicarnass. lib.* 5. de ovatione *Posthumii* & *lib.* 8. ubi de ovatione Aquilii refert. Priorem modum describit *Tibullus lib.* 1. *eleg.* 1. ita canens:

Ille licet Cilicum victas agat ante catervas
Ponat & in capto Martia castra solo :
Totus & argenteo contextus totus & auro
Insideat celeri conspiciendus equo.

Posterius autem affirmat Sabinus Massurius apud *Gell. lib.* 5. *cap.* 6. qui pedibus ovantes ingredi dicit, nec *Sceptro* manibus tenente conf. *Dionys. Halicarnas. lib.* 5. *Alexandrum ab Alexandro genial. dier. lib.* 6. *pag. m.* 618. sed *Ovans* tantummodo *lauream* manibus tenebat. vid. *Tiraquell. not.* ad hunc locum. Addit Alexand. ab Alexandro lib. 6. Neque Senatu sub prætextis juxta currum triumphantis more, sed eo subsequente sola plebe & equestri ordine, aut equitibus præeuntibus incedebat. Quod plebs subsecuta fuerit testatur *Gell. lib.* 5. *cap.* 6. & Ordo equestris. vid. *Propert. lib.* 3. *eleg.* 8. *ad Mœcenat.* & not. *ad cit. Alexand. ab Alexand. pag. m.* 617.

§. 3.

§. 3. Ovans incedebat myrteâ coronâ uti refert *Onuphrius Panvin. comment. in lib. 5. Fast. edit. Heidelb.* quæ ovalis erat, & è Veneris fronde contexebatur, ut innueretur, quod non Martius, sed tanquam Venereus Triumphus foret, qui quietem ab armis ostenderet. His calculum addit Alexander ab Alexandro genial. dier. lib. 6. p. m. 618. ita scribens; Ipse verò Dux, cui ovandi honos datur myrtea insignis corona. *Plin. lib. 5. c. 29. ad fin. Plutarch. in Marcello & Crasso. Gell. lib. 5. c. 6.* ubi rationem reddit, quod ovatio non Martius sed Venereus triumphus fuerit. *Fest. Pompej. lib.* 13. ubi de ovali corona. Idem lib. 11. dicit Papyrum Myrtea corona usum fuisse, quod Sardos in campis Myrteis superasset. Interim negari non potest, quod Ovans etiam lauro usus sit, uti patet ex Plin. lib. 15. cap. 29. Plutarch. in Crasso & *Gell. lib. 5. cap. 6. Dionys. Halicarn. lib. 5.* Add. M. Valer. qui asserunt & laurea & myrtea corona *Ovatorem* usum fuisse.



CAP.

CAPUT IV.

De *Triumpho majori & quidem Castrensi.*

§. I.

SUprà distinximus Triumphos in *Minores* & *Majores*, qui iterum subdividuntur in *Navales* & *Terrestres*. *Terrestres* autem consubdividebantur in *Castrenses*, in actos in urbe & in frequentatos in monte Albano. Jam à *Castrensibus* ceu vetustioribus initium faciemus, juxta illud *Lucani* ——*Omnes redeant in castra Triumphi.* Imò ex historia profana satis constat, quomodo olim milites δαφνηφοροῦντες (ut Herodiani voce utar) Imperatoret suos triumphaturos post Victorias adeptas cohonestarint in castris & stativis. In Castris enim ignes triumphales succendebantur, quibus arcus, currus, hastæ, lanceæ, sarissæ, & catapultæ cum reliquis parmis & armis hostilibus concremabantur, ut apparet ex *Ezechiel. Flaminio* & *Livio*, qui *lib.* 7. de Tribuno militum A. Cornelii Cos, inter cœtera scribit: Hic P. Decii Castrensis Triumphus fuit, ince-

 dentis

exercitu & aliena provincia rem gessisset, magnaque pars Senatus nihil præter res gestas,& an in magistratu, suisque auspiciis gessisset,censebant spectare Senatum debere. Idem *Livius. decad. lib.* 4. refert, Appium Claudium Prætorem ob rem feliciter gestam adversus Celtiberos,ovantem fuisse urbem ingressum. Causam autem triumphi negandi Senatui fuisse,quod alieno auspicio & in aliena Provincia pugnasset. vid. *Vellej. Paterc. lib.* 2. Sic de *Cornelio Lentulo* scribit *Liv.dec.*4. *lib.* 1. Per idem tempus *L. Cornelius Lentulus* Proconsul ex Hispania rediit, qui cum in Senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuisset,postulassetque, ut Triumphanti sibi invehi liceret in urbem: res triumpho dignas esse censebat Senatus: sed exemplum à majoribus non accepisse,ut qui neque Dictator, neque Consul, neque Prætor gessisset, triumpharet: Proconsulem illum Hispaniam Provinciam, non Consulem aut Prætorem obtinuisse. Decurrebatur tamẽ eo, ut ovans urbem iniret: intercedente T. Sempronio Longo Tribuno pl.qui nihilo magis id more majorum aut ullo exemplo futurum diceret. Postremo victus consensu Patrum

Tribu-

Tribunus cessit,& ex SC. L. Lentulus Ovans urbem est ingressus. Argenti tulit ex præda 44000. pondo: auri 2450. militibus ex præda 120. asses distribuit. (7.) Cum & bella parva erant profligata,& verò magnus militum, civium atque sociorum numerus desideratus. Hinc non triumpharunt, sed ovarunt C. *Terentius*, L. *Manilius Proconsul.* Hinc denique (8.) non semel usu venit, ut qui ratione Victoriæ unius majoris triumphasset, ratione alterius minoris ovaret, quemadmodum inter cętera patet ex epitome *Thesaur. Antiquit. Jacobi de Strada p.96.* ubi de L. *Septimio Severo* Pertinace Imp. recensetur: Cum Parthos, Arabes, Adiabenosque devicisset, Triumphum quod pedibus consistere in curru ob articularem morbum nequiret, filio concessit. Tum iterum in Orientem profectus, Arabiam & Armeniam pervagatus, Parthos superavit. Recognitis exercitibus urbem Ovans ingressus.

§. 4. Proinde omninò omnis solidæ veritatis expers est illa assertio *Onuphrii Panvinii* & complurium, quotquot sunt sequacium aliorum; Hunc *Ovandi* usum non diutius nisi usque ad *Neronis Clau-*

dii

dii Imp. tempestatem floruisse & viguisse. vid. *Guichard. tract. de triumph. pag. m.* 33. *edit. Amstel.* 1665. Non negandum, quod aliquando pro *Ovatione* triumphus incesserit Romæ, veluti admirabundus memoriæ posteritatique tradidit *Livius Dec.* 4. *lib.* 10. Alter Consulum Q. Fulvius ex Liguribus triumphavit, quem Triumphum magis gratiæ, quàm rerum gestarum magnitudini datum constabat. Armorum hostilium magnam vim transtulit: nullam pecuniam admodum. Divisit tamen in singulos milites tricenos æris, duplex centurionibus, triplex equiti. Nihil in eo triumpho magis insigne fuit, quàm quod forte evenit, ut eodem die triumpharet, quo priore anno ex Prætura triumphaverat. Ita *Tiberius Cæsar* ut scribit *Sveton. in vita illius cap.* 9. curru, instar triumphantium, non equo vel pedibus instar Ovantium urbem intravit. vid. annot. ad *Alexand. ab Alexandro, gen. dier. lib.* 6. *pag. m.* 618. 619.

§. 5. Hoc triumphandi genus ab urbe condita anno CCLI. P. *Posthumio Tuberto II.* & *Agrippa Menenio* COSS. institutum fuisse ex *Licinii annalibus* constat. His calculum addit *Plin. lib.* 15. *cap.* 29. *in fin.* cujus

jus hæc sunt verba: Bellicis quoque se rebus inseruit, triumphansque de Sabinis Posthumius Tubertus in Consulatu, qui primus omnium Ovans ingressus urbem est: quoniam rem leviter sine cruore gesserat. Conf. *Onuphr. Panvin. comment. in lib. 5. Fastor. fol. m. 344. edit. Heidelberg. 1558.* Sed aliter *Dionys. Halicarnass. lib. 5.* ubi dicit hanc causam fuisse, quod ei triumphus non fuerit decretus, tantum ovatio, ob cladem paulò ante acceptam cum ignominia, quando multis desideratis parum abfuerit, quia ipse in fuga veniret in potestatem hostium. Nam ut non multò ante scribit, *Posthumius in sinistro cornu abolendæ ignominiæ cupidus, dextrum hostium cornu impulit, nullo vitæ respectu, dummodo vinceret, velut insanus certusque mori, conjiciens se in hostes medios.* Meminit hujus *Pomponius Lætus* in compendio historiæ Romanæ ita scribens: *Prima OVATIO data est P. Posthumio Tuberio, qui fuit collega Menenii Agrippæ Lanati, & huic Triumphus datus. Ille primum contra Sabinos re male gesta, liberatus est ab Agrippa, in altero prælio causa Victoriæ fuit. Ita cum ambobus honos haberetur, Senatus hujus laudis decus excogitavit, ut non sella*

curru-

curruli, sed pedes cum exercitu exciperetur. Verum sanguis in ea Victoria & nostrorum & hostium effusus est.

CAP III.

De *Habitu Ovantium & Pompa.*

§. 1.

QUod ad habitum seu pompam Ovantium attinet, illum describit *Onuphrius Panvinius in Comment. ad lib. 5. Fast. fol. m. 344. edit. Heidelberg.* 1588. Ex SC. ovantes pedibus primum, deinde non curru sed uno equo vecti urbem ingredi solebant, nec sceptrum tenentes in manu, nec trabeam vel togam pictam, aut aurei clavi vestem &c. *Alexander ab Alexandro lib. 6. genial. dier. p. m. 618. edit. Lugd. Batav. in 8vo.* rem ita literis tradit: Ipse verò Dux cui ovandi honos datur, myrtea insignis corona, sceptrum manu tenens, non triumphali picta vel aurata veste, nec curru quadrijugo, sed purpura decorus insidens equo, subsequente plebe sola & equestri ordine incedebat. Quæ omnia ordine perlustrabimus.

§. 2. Ami-

§. 2. Amictum seu habitum Ovantium quod concernit,fuit ille *toga prætexta*, quæ Magistratuum toga erat, cui purpura prætexebatur teste *Rosin. antiquit. Rom. lib.* 5. *pag. m.* 729. Prætexta scribit *Oliv. in not. ad Valer. Max. lib.* 3. *de indole pag. m.* 1240. erat vestis purpurea, qua utebantur nobiles pueri usque ad quartum decimum annum, quam teste *Macrob. lib.* 1. *cap.* 6. *pag. m.* 208. primus T. *Hostilius* Rex Romanorum tertius, debellatis Hetruscis, ut Romæ haberetur, instituit. At postea *Tarquinii Demarati* exulis filius Priscus, Rex quintus à Romulo, de Sabinis triumphans, filium suum quatuordecim natum, quod in bello hostem manu percusserat prætexta donavit. Conf. *Oliv. not. ad Valer. Max. p. m.* 667. Hinc *pretexati* nobiles illi dicuntur apud *Gell. lib.* 1. *cap.* 23. Jul. *Cæs. de bello Alexand. lib. p. m.* 692. *edit. Lugd. Bat.* 1651. *edit. opera Arnold. Montan.* Attamen illi quoque, qui Magistratum gerebant, quique Sacerdotes erant, prætexebant purpura viriles togas suas, *Germanicus* apud *Tacitum lib.* 2. *Annal.* Vidit se operatum & sanguine sacro respersa prætexta pulchriorem aliam

mani-

manibus Aviæ accepisse ; ubi *Lipsius* annotat: *Germanicum* fuisse prætextatum, utpote Augurem. Et addit, Sacerdotes tantùm usos prætextâ, Atqui Germanicus erat prætextatus, non tantum quia Augur, sed quia exercitus Imperator & cum potestate Proconsulari erat. *Livius:* Purpura viri utemur in magistratibus prætextati, in Sacerdotiis liberi nostri prætextatis purpura togis utentur *lib.* 34. *Appian.lib.2. belli civilis* de Consule Dolobella, *prætextam* induit, differit. *Propertius.* Curia prætexto quæ nunc nitet alta senatu. *lib.*4. *eleg.* 1. conf. *Kipping. antiq. lib.*4.*c.*5. *pag. m.*739. *edit. Franc.* Plenius describit *Thomas de S. Quercu* Anglus hoc modo: Prætexta *a kimd of gowk or long robe edged or garded about with purple silk: This kimd of gown at the first was used only by the Roman Priests, and chief Magistrates, as the king of Rome aud other great Officers when t·eg sate in their Majesty and was wont to be burned with them, thad died in their office. It was also a coat thal Captains wore in triumph, and that Senators were known by from the order of Gentlemen.* Alexander ab Alexandro *genial. dier.lib.6.pag.m.*618. addit, quod *Ovans* pur-

purpura decorus incesserit. vid. *Sveton. in Neron. c. 25.*

§. 2. Equo insidens *Ovans* urbem ingrediebatur, vel etiam pedibus, uti Dionys. *Halicarnass. lib. 5.* de ovatione *Posthumii* & *lib.* 8. ubi de ovatione Aquilii refert. Priorem modum describit *Tibullus lib. 1. eleg. 1.* ita canens:

Ille licet Cilicum victas agat ante catervas
Ponat & in capto Martia castra solo:
Totus & argenteo contextus totus & auro
Insideat celeri conspiciendus equo.

Posterius autem affirmat Sabinus Massurius apud *Gell. lib. 5. cap. 6.* qui pedibus ovantes ingredi dicit, nec *Sceptro* manibus tenente conf. *Dionys. Halicarnas. lib. 5. Alexandrum ab Alexandro genial. dier. lib. 6. pag. m.* 618. sed *Ovans* tantummodo *lauream* manibus tenebat. vid. *Tiraquell. not.* ad hunc locum. Addit Alexand. ab Alexandro lib. 6. Neque Senatu sub prætextis juxta currum triumphantis more, sed eo subsequente sola plebe & equestri ordine, aut equitibus præeuntibus incedebat. Quod plebs subsecuta fuerit testatur *Gell. lib. 5. cap. 6.* & Ordo equestris. vid. *Propert. lib. 3. eleg. 8. ad Mæcenat.* & not. *ad cit. Alexand. ab Alexand. pag. m.* 617.

§. 3.

§. 3. Ovans incedebat myrteâ coronâ uti refert *Onuphrius Panvin. comment. in lib. 5. Fast. edit. Heidelb.* quæ ovalis erat, & è Veneris fronde contexebatur, ut innueretur, quod non Martius, sed tanquam Venereus Triumphus foret, qui quietem ab armis ostenderet. His calculum addit Alexander ab Alexandro genial. dier. lib. 6. p. m. 618. ita scribens: Ipse verò Dux, cui ovandi honos datur myrtea insignis corona. *Plin. lib. 5. c. 29. ad fin. Plutarch. in Marcello & Crasso. Gell. lib. 5. c. 6.* ubi rationem reddit, quod ovatio non Martius sed Venereus triumphus fuerit. *Fest. Pompej. lib.* 13. ubi de ovali corona. Idem lib. 11. dicit Papyrum Myrtea corona usum fuisse, quod Sardos in campis Myrteis superasset. Interim negari non potest, quod Ovans etiam lauro usus sit, uti patet ex Plin. lib. 15. cap. 29. Plutarch. in Crasso & *Gell. lib. 5. cap. 6. Dionys. Halicarn. lib. 5.* Add. M. Valer. qui asserunt & laurea & myrtea corona *Ovatorem* usum fuisse.



CAP.

CAPUT IV.

De *Triumpho majori & quidem Castrensi.*

§. 1.

SUprà distinximus Triumphos in *Minores* & *Majores*, qui iterum subdividuntur in *Navales* & *Terrestres*. *Terrestres* autem consubdividebantur in *Castrenses*, in actos in urbe & in frequentatos in monte Albano. Jam à *Castrensibus* ceu vetustioribus initium faciemus, juxta illud *Lucani* ——*Omnes redeant in castra Triumphi*. Imò ex historia profana satis constat, quomodo olim milites δαφνηφοροῦντες (ut Herodiani voce utar) Imperatores suos triumphaturos post Victorias adeptas cohonestarint in castris & stativis. In Castris enim ignes triumphales succendebantur, quibus arcus, currus, hastæ, lanceæ, sarissæ, & catapultæ cum reliquis parmis & armis hostilibus concremabantur, ut apparet ex *Ezechiel. Flaminio* & *Livio*, qui *lib. 7.* de Tribuno militum A. Cornelii Cos, inter cætera scribit: Hic P. Decii Castrensis Triumphus fuit, ince-

dentis per media castra cum armato præsidio, conjectis in eum omnium oculis, & omni honore tribunum Consuli æquantibus & c. *pag. m.* 286. *edit Francof.* 1638. Perantiquus mos Romanis fuit partem prædæ in honorem *D*eorum cremare. Martem belli Deum esse nemini incognitum est. Verùm an soli Marti eæ res oblatæ? Si quis affirmet, reclament historiæ & imprimis lex antiqua, quæ apud Liv. lib. 8. Vulcano arma sive cui alii devovere volet, jus esto. Iterum *Livius* lib. 3. Magna vis armorum capta ea omnia Imperator Vulcano sacrata incendit. Idem *lib.* 10. Spoliæ, inquit, hostium conjectæ in acervum, Jovi victori cremavit. Appianus de bell. Hispan. scribit: Mummium prædam, quæ ferri poterat, in milites distribuisse reliquam in honorem Deorum, qui bellis præsunt cremasse. Idem *de bellis Punicis*: Scuta, machinas & naves inutiles Marti Minervæque sacratas, accinctus gladio cremavit more patrio.

§. 2. Victimæ triumphales cædebantur & dona ad pulvinaria deferri curabantur, & visceratiōnibus mensæ convivantium onerabantur & ornabantur. Observandum hîc, quod

quod victimæ fuerint adhibitæ, quæ juxta *Isidorum* à victoria nomen traxerunt, victimæ enim teste *Geusio p. m.* 23. erant sacrificia post victoriam ab hostib⁹ partā imolata, seu quæ post victoriā devictis hostib⁹ imolabant. Sacrificia autem *Marti* sacrata varia erant, aut equus immolabatur uti Scythæ faciebant teste *Herodot. lib.* 4. *c.* 62. *p.* 144. *Alexand. ab Alex. lib.* 3. *cap.* 12. Capros quoque sacrificarunt, uti *Strabo lib.* 3. *pag.* 155. *Geograph.* refert. vel etiam *Homines* de quibus *Geusius* pluribus tractavit. Non solùm victimæ cædebantur sed & dona ad pulvinaria mittebantur, quæ quasi *Supplicationes* erant. Quo autem ritus melius innotescat, totum hic adscribemus. Supplicatio igitur honos erat, qui unà cum Imperatoris nomine decernebatur Victori: scil. quando Senatus Deorum templa aperiri, & Imperatoris nomine gratias Diis agere populo imperabat. *Camillus Andocianus lib.* 4. *de Theol. Gentil.* scribit: Supplicatio est solennis gratiarum actio ad preces Imperatoris à Senatu decreta, ut in templis Deorum populus congregatus pro re benè ac feliciter gesta Diis circa altaria in lecticis suis ritè erectis ac constitutis gratias ageret. Potest ità describi, quod sit solennis ad pre-

paludamentoque cadaver ejus agnitum, ejusque caput jussu Muhametis abscissum, paloque affixum per urbem & castra ad ludibrium circumvectum ac gestatum est. Hic mos etiam Gallis usitatus fuit qui truncata hostium capita equorum collis appendere, & spolia sanguine polluta veluti in triumpho præferenda famulis tradere consueverunt juxta *Diodor. Sicul. lib. 5. pag.* 308.

Notandum, quod antiquitus milites cantu, gloriam triumphi prosecuti fuerint, acclamantes Io Triumphe. Hodiè autem *Sclopetis* & *bombardis* peragitur, quem ritum Germani vocant Freuden-Schüsse/ ubi tota circumvallatio Castrensis his personat.

CAP. V.

De *Triumphi terrestris Majoris Autore, Ceremoniis & IOVE FERETRIO.*

§. 1.

CUm fortiter terra pugnatum fuisset, ita ut victoria reportata esset, *Triumphus Currulis* terrestris major instituebatur, qui

qui non ſuo caret fundamento & autore. Quis autem apud Romanos primus Triumphum egerit, parùm inter Scriptores convenit *Dionyſ. lib.* 2. Plutarchus in Romulo & Meſſala Romulum hujus inſtituti autorem fuiſſe ſcribunt. Qui etiam illud tradunt, ab aliis quibuſdam L. Tarquinio Priſco regi hoc tribui, quos *Florus* & *Eutropius lib.* 1. ſecuti ſunt & fortaſſe etiam *Livius*, qui nullius regii triumphi meminit, niſi ejus, quem L. *Tarquinius Priſcus* de Sabinis egit. Quam tamen controverſiam dirimit in *Romulo* Plutarchus, qui *Priſcum* primum illum quidem fuiſſe putat, qui *Currulem* in urbem triumphum invexerit, ſed qui triumphandi morem inſtituerit *Romulum*. Quod autem à *Romulo* primus triumphus actus non fuerit, innuit *Livius lib.* 1. *hiſt. ab urb. condit.* Sic etiam illorum animus, qui ſtatuunt ante *Tarquinii Priſci* ætatem nullum triumphum Romæ juſtum fuiſſe, partim ob illud *Plinii lib. de Vir. illuſtrib.* inclinat, ubi de laudato Quinto Romanorum Rege ſic narratur: *De Sabinis & priſcis Latinis triumphavit*; partim ob illud *Flori lib.* 1. *c.* 5. Neque pace Tarquinius quam bello promptior. Duodecim namque Tuſciæ populos frequentibus

paludamentoque cadaver ejus agnitum, ejusque caput jussu Muhametis abscissum, paloque affixum per urbem & castra ad ludibrium circumvectum ac gestatum est. Hic mos etiam Gallis usitatus fuit qui truncata hostium capita equorum collis appendere, & spolia sanguine polluta velut in triumpho præferenda famulis tradere consueverunt juxta *Diodor. Sicul. lib. 5. pag.* 308.

Notandum, quod antiquitus milites cantu, gloriam triumphi prosecuti fuerint, acclamantes Io Triumphe. Hodiè autem *Sclopetis* & *bombardis* peragitur, quem ritum Germani vocant Freuden-Schüsse/ ubi tota circumvallatio Castrensis his personat.

CAP. V.

De *Triumphi terrestris Majoris Autore, Ceremoniis & IOVE FERETRIO.*

§. 1.

CUm fortiter terra pugnatum fuisset, ita ut victoria reportata esset, *Triumphus Curulis* terrestris major instituebatur, qui

qui non suo caret fundamento & autore. Quis autem apud Romanos primus Triumphum egerit, parùm inter Scriptores convenit *Dionys. lib.* 2. Plutarchus in Romulo & Messala Romulum hujus instituti autorem fuisse scribunt. Qui etiam illud tradunt, ab aliis quibusdam L. Tarquinio Prisco regi hoc tribui, quos *Florus* & *Eutropius lib.* 1. secuti sunt & fortasse etiam *Livius*, qui nullius regii triumphi meminit, nisi ejus, quem L. *Tarquinius Priscus* de Sabinis egit. Quam tamen controversiam dirimit in *Romulo* Plutarchus, qui *Priscum* primum illum quidem fuisse putat, qui *Currulem* in urbem triumphum invexerit, sed qui triumphandi morem instituerit *Romulum*. Quod autem à *Romulo* primus triumphus actus non fuerit, innuit *Livius lib.* 1. *hist. ab urb. condit.* Sic etiam illorum animus, qui statuunt ante *Tarquinii Prisci* ætatem nullum triumphum Romæ justum fuisse, partim ob illud *Plinii lib. de Vir. illustrib.* inclinat, ubi de laudato Quinto Romanorum Rege sic narratur: *De Sabinis & priscis Latinis triumphavit*; partim ob illud *Flori lib.* 1. *c.* 5. Neque pace Tarquinius quam bello promptior. Duodecim namque Tusciæ populos frequentibus

 armis

paludamentoque cadaver ejus agnitum, ejusque caput jussu Muhametis abscissum, paloque affixum per urbem & castra ad ludibrium circumvectum ac gestatum est. Hic mos etiam Gallis usitatus fuit qui truncata hostium capita equorum collis appendere, & spolia sanguine polluta velut in triumpho præferenda famulis tradere consueverunt juxta *Diodor. Sicul. lib. 5. pag.* 308.

Notandum, quod antiquitus milites cantu, gloriam triumphi prosecuti fuerint, acclamantes Io Triumphe. Hodiè autem *Sclopetis* & *bombardis* peragitur, quem ritum Germani vocant Freuden-Schüsse/ ubi tota circumvallatio Castrensis his personat.

CAP. V.

De *Triumphi terrestris Majoris Autore, Ceremoniis & IOVE FERETRIO.*

§. 1.

CUm fortiter terra pugnatum fuisset, ita ut victoria reportata esset, *Triumphus Currulis* terrestris major instituebatur, qui

qui non ſuo caret fundamento & autore. Quis autem apud Romanos primus Triumphum egerit, parùm inter Scriptores convenit *Dionyſ. lib.* 2. Plutarchus in Romulo & Meſſala Romulum hujus inſtituti autorem fuiſſe ſcribunt. Qui etiam illud tradunt, ab aliis quibuſdam L. Tarquinio Priſco regi hoc tribui, quos *Florus* & *Eutropius lib.* 1. ſecuti ſunt & fortaſſe etiam *Livius*, qui nullius regii triumphi meminit, niſi ejus, quem L. *Tarquinius Priſcus* de Sabinis egit. Quam tamen controverſiam dirimit in *Romulo* Plutarchus, qui *Priſcum* primum illum quidem fuiſſe putat, qui *Currulem* in urbem triumphum invexerit, ſed qui triumphandi morem inſtituerit *Romulum*. Quod autem à *Romulo* primus triumphus actus non fuerit, innuit *Livius lib.* 1. *hiſt. ab urb. condit.* Sic etiam illorum animus, qui ſtatuunt ante *Tarquinii Priſci* ætatem nullum triumphum Romæ juſtum fuiſſe, partim ob illud *Plinii lib. de Vir. illuſtrib.* inclinat, ubi de laudato Quinto Romanorum Rege ſic narratur: *De Sabinis & priſcis Latinis triumphavit*; partim ob illud *Flori lib.* 1. *c.* 5. Neque pace Tarquinius quam bello promptior. Duodecim namque Tuſciæ populos frequentibus

paludamentoque cadaver ejus agnitum, ejusque caput jussu Muhametis abscissum, paloque affixum per urbem & castra ad ludibrium circumvectum ac gestatum est. Hic mos etiam Gallis usitatus fuit qui truncata hostium capita equorum collis appendere, & spolia sanguine polluta veluti in triumpho præferenda famulis tradere consueverunt juxta *Diodor. Sicul. lib.* 5. *pag.* 308.

Notandum, quod antiquitus milites cantu, gloriam triumphi prosecuti fuerint, acclamantes Io Triumphe. Hodiè autem *Sclopetis* & *bombardis* peragitur, quem ritum Germani vocant Freuden-Schüsse/ ubi tota circumvallatio Castrensis his personat.

CAP. V.

De

Triumphi terrestris Majoris Autore, Ceremoniis & IOVE FERETRIO.

§. 1.

CUm fortiter terra pugnatum fuisset, ita ut victoria reportata esset, *Triumphus Currulis* terrestris major instituebatur, qui

qui non ſuo caret fundamento & autore. Quis autem apud Romanos primus Triumphum egerit, parùm interScriptores convenit *Dionyſ. lib.* 2. Plutarchus in Romulo & Meſſala Romulum hujus inſtituti autorem fuiſſe ſcribunt. Qui etiam illud tradunt, ab aliis quibuſdam L. Tarquinio Priſco regi hoc tribui, quos *Florus* & *Eutropius lib.* 1. ſecuti ſunt & fortaſſe etiam *Livius*, qui nullius regii triumphi meminit, niſi ejus, quem L. *Tarquinius Priſcus* de Sabinis egit. Quam tamen controverſiam dirimit in *Romulo* Plutarchus, qui *Priſcum* primum illum quidem fuiſſe putat, qui *Currulem* in urbem triumphum invexerit, ſed qui triumphandi morem inſtituerit *Romulum*. Quod autem à *Romulo* primus triumphus actus non fuerit, innuit *Livius lib.* 1. *hiſt. ab urb. condit.* Sic etiam illorum animus, qui ſtatuunt ante *Tarquinii Priſci* ætatem nullum triumphum Romæ juſtum fuiſſe, partim ob illud *Plinii lib. de Vir. illuſtrib.* inclinat, ubi de laudato Quinto Romanorum Rege ſic narratur: *De Sabinis & priſcis Latinis triumphavit*; partim ob illud *Flori lib.* 1. *c.* 5. Neque pace Tarquinius quam bello promptior. Duodecim namque Tuſciæ populos frequentibus

dentis per media castra cum armato præsidio, conjectis in eum omnium oculis, & omni honore tribunum Consuli æquantibus & c. *pag. m.* 286. *edit Francof.* 1638. Perantiquus mos Romanis fuit partem prædæ in honorem *D*eorum cremare. Martem belli Deum esse nemini incognitum est. Verùm an soli Marti eæ res oblatæ? Si quis affirmet, reclament historiæ & imprimis lex antiqua, quæ apud Liv. lib. 8. Vulcano arma sive cui alii devovere volet, jus esto. Iterum *Livius* lib. 3. Magna vis armorum capta ea omnia Imperator Vulcano sacrata incendit. Idem *lib.* 10. Spoliæ, inquit, hostium conjectæ in acervum, Jovi victori cremavit. Appianus de bell. Hispan. scribit: Mummium prædam, quæ ferri poterat, in milites distribuisse reliquam in honorem Deorum, qui bellis præsunt cremasse. Idem *de bellis Punicis*: Scuta, machinas & naves inutiles Marti Minervæque sacratas, accinctus gladio cremavit more patrio.

§. 2. Victimæ triumphales cædebantur & dona ad pulvinaria deferri curabantur, & viscerationibus mensæ convivantium onerabantur & ornabantur. Observandum hîc, quod

quod victimæ fuerint adhibitæ, quæ juxta *Isidorum* à victoria nomen traxerunt, victimæ enim teste *Genuſio p. m.* 23. erant sacrificia post victoriam ab hostib⁹ partā im̃olata, seu quæ post victoriā devictis hostib⁹ im̃olabant. Sacrificia autem *Marti* sacrata varia erant, aut equus immolabatur uti Scythæ faciebant teste *Herodot. lib.* 4. *c.* 62. *p.* 144. *Alexand. ab Alex. lib.* 3. *cap.* 12. Capros quoque sacrificarunt, uti *Strabo lib.* 3. *pag.* 155. *Geograph.* refert. vel etiam *Homines* de quibus *Genſius* pluribus tractavit. Non solùm victimæ cædebantur sed & dona ad pulvinaria mittebantur, quæ quasi *Supplicationes* erant. Quo autem ritus melius innotescat, totum hic adscribemus. Supplicatio igitur honos erat, qui unà cum Imperatoris nomine decernebatur Victori: scil. quando Senatus Deorum templa aperiri, & Imperatoris nomine gratias Diis agere populo imperabat. *Camillus Andocianus lib.* 4. *de Theol. Gentil.* scribit: Supplicatio est solennis gratiarum actio ad preces Imperatoris à Senatu decreta, ut in templis Deorum populus congregatus pro re benè ac feliciter gesta Diis circa altaria in lecticis suis ritè erectis ac constitutis gratias ageret. Potest ità describi, quod sit solennis ad pre-

ces Victoris literis laureatis consignatas è Senatus decreto pro felici re gesta ad Deos immortales facta gratiarum actio.

§. 3. Modus, quo fiebant supplicationes, describitur à *Laurentio Pignorio* his verbis: Senatus cum populo ad templa Deorum se conferebat, ac Imperatoris nomine gratias agebat Diis, nec non solemnes instituebat precationes circa omnia delubra, fana ac *Pulvinaria*: quæ erant Lecticæ Deorum, in quibus Numina pro Majestate juxta aras extabant sublimia. Postea sacrificium exhibebatur & post illud *publicum epulum*. His fasciculi è verbenis (struppi vocati) pro capitibus locabantur. *Servius lib. 3. Georg. Virg.* scribit: Pulvinaria propriè sunt lectuli, qui sterni in quibusdam templis consueverant. *Acron. in Horat. lib. 1. Od. 17.* Pulvinaria dicebantur aut Lecti Deorum, aut tabulata, in quibus stabant Numina, ut eminentiora viderentur. Solebant namque Romani periculo propulsato, vel re bene gesta pro populi salute ad omnia pulvinaria Deorum supplicationem decernere. Ita *Cicer. Orat. 3. Catil.* Et id vocabant *Lectisternium*, de quo Godelevæus ad lib. 5. c. 13. *Livii. pag. 373.* Conf. *Rosin. antiq.*

Romæ

Rom. lib. 4. *c.* 15. Cauſa autem impulſiva erat reportata victoria, ob quam ſœpius multæ hoſtiæ majores ſacrificabantur. *Liv. lib.* 35.

§. 4. Sed ut redeamus ad Triumphos caſtrenſes, *Livius dec.* 5. *l.* 2. Triumphum *Perſei* Macedoniæ Regis caſtrenſem de Romanis ſic recenſet. Poſtquam rediere in caſtra Victores omnes quidem læti, ante alios Thracum inſolens lætitia eminebat. Cum cantu enim ſuperfixa capita hoſtium portantes redierunt. Conſimilem Triumphum Caſtrenſem exercitus Muhametis II. Turcicus de Conſtantini VII. Draconis ſeu Palæologi Conſtantinopolitani Imperatoris capite IV. Cal. Junii ſeu poſtridie Pentecoſtes anno CIↃ CDLIII poſt expugnatam Urbem Thraciæ principem egit, juxta illud *Jacobi de Strada in imaginibus Imperatorum pag.* 333. Terra & mari Regiam aggreſſus urbem cum mœnia conquaſſaſſet, quarto & quinquageſimo obſidionis die urbem vi ſumma cepit, ac in ea ingentem cædem in omnem ſexum indiſcriminatim edidit, Conſtantinus verò ad portam cum ſe recepiſſet, fugientium trepidatione oppreſſus, in portæ anguſtiis conculcatus cecidit,

 palu-

paludamentoque cadaver ejus agnitum, ejusque caput juſſu Muhametis abſciſſum, paloque affixum per urbem & caſtra ad ludibrium circumvectum ac geſtatum eſt. Hic mos etiam Gallis uſitatus fuit qui truncata hoſtium capita equorum collis appendere, & ſpolia ſanguine polluta velut in triumpho præferenda famulis tradere conſueverunt juxta *Diodor. Sicul. lib. 5. pag.* 308.

Notandum, quod antiquitus milites cantu, gloriam triumphi proſecuti fuerint, acclamantes Io Triumphe. Hodiè autem *Sclopetis* & *bombardis* peragitur, quem ritum Germani vocant Freuden-Schüſſe/ ubi tota circumvallatio Caſtrenſis his perſonat.

CAP. V.

De

Triumphi terreſtris Majoris Autore, Ceremoniis & IOVE FERETRIO.

§. 1.

CUm fortiter terra pugnatum fuiſſet, ita ut victoria reportata eſſet, *Triumphus Currulis* terreſtris major inſtituebatur, qui

qui non ſuo caret fundamento & autore. Quis autem apud Romanos primus Triumphum egerit, parùm inter Scriptores convenit *Dionyſ. lib.* 2. Plutarchus in Romulo & Meſſala Romulum hujus inſtituti autorem fuiſſe ſcribunt. Qui etiam illud tradunt, ab aliis quibuſdam L. Tarquinio Priſco regi hoc tribui, quos *Florus* & *Eutropius lib.* 1. ſecuti ſunt & fortaſſe etiam *Livius*, qui nullius regii triumphi meminit, niſi ejus, quem L. *Tarquinius Priſcus* de Sabinis egit. Quam tamen controverſiam dirimit in *Romulo* Plutarchus, qui *Priſcum* primum illum quidem fuiſſe putat, qui *Currulem* in urbem triumphum invexerit, ſed qui triumphandi morem inſtituerit *Romulum*. Quod autem à *Romulo* primus triumphus actus non fuerit, innuit *Livius lib.* 1. *hiſt. ab urb. condit.* Sic etiam illorum animus, qui ſtatuunt ante *Tarquinii Priſci* ætatem nullum triumphum Romæ juſtum fuiſſe, partim ob illud *Plinii lib. de Vir. illuſtrib.* inclinat, ubi de laudato Quinto Romanorum Rege ſic narratur: *De Sabinis & priſcis Latinis triumphavit*; partim ob illud *Flori lib.* 1. *c.* 5. Neque pace Tarquinius quam bello promptior. Duodecim namque Tuſciæ populos frequentibus

 armis

armis subegit. Inde Fasces, Trabeæ, Curules, Annuli, Phaleræ, Paludamenta, Prætexta; Inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur &c. Verùm alii sunt, qui *Romulum* autorem agnoscunt, ut *Onuphr. Panvin.* in commentario *ad lib. 5. Fast. edit. Heidelberg. fol. m.* 339. & 346. *Alexander ab Alexandro Genial. dier. lib.* 1. *pag. m.* 170. *edit. Lugd. Batav.* 1673. *Dionys. Halicar. lib.* 2. qui nobis hæc ennarrat: Urbe Cæcina capta, arma tradi jussit acceptisque pueris obsidibus quos voluit, in Antemnates vertitur, palantesque eos & dispersos ad prædam inopinato superventu capit, eodemque modo de his, quo de priorib⁹ decernens, exercitum domum reduxit; spolia etiam adducens bello capta, Deisque prædæ primitias consecrans, ac multa simul faciens sacrificia, ultimus autem ipse post pompã ibat purpurea veste amictus, comamque lauro coronatus, &, ut dignitatẽ Regiam servaret, curru quadrijugo invectus; Aliæ verò Equestres pedestresque copiæ sequebantur egregie instructæ: Deos laudantes patriis carminibus ac Ducem suum extemporalibus versibus extollentes. Ex urbe verò cuncti eis obviam prodiere cum uxoribus & liberis, ex utraque

viæ

viæ parte ſimul, & ob victoriam gaudentes, & omnem præ ſe ferentes comitatem; utque urbem inierunt crateribus occurrunt vino plenis menſisque omnium generum cibis refertis, expoſitis ipſis apud illuſtres familias, ut paratæ eſſent volentibus convivari. Victorioſa itaque & Trophæophora pompa & immolatio, quam Romani Triumphum vocant, prima à Romulo inſtituta talis fuit. Ætate autem noſtra ſumptuoſiſſima & inſolens & ad oſtentationem potiùs divitiarum, quàm ad virtutis exiſtimationem decantata omnem prorſus formã exuit priſtinæ tenuitatis. Poſt pompam autem & ſacrificium Romulus templum in Capitolio Jovi Feretrio exſtruxit.

§. 2. Ita denique non nemini liquet ſcribere, in Italia antiqua rebus ab exiguo ſubnatis primordio, *Triumphos* originem ſuam inhonoratiorem ſapuiſſe atque retuliſſe juxta illud *Livii* de *Romulo* almam Cæninenſem patriam occupante: *Duce hoſtium* occiſo, urbem primo impetu capit. Inde exercitu victore reducto, ipſe cùm factis vis magnificus, tum factorum oſtentator haut minor ſpolia Ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium adſcen-

scendit: ibique ea cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum domo designavit templo Jovis fines cognomenque addidit Deo, inquiens:

JUPITER FERETRI
HÆC TIBI VICTOR ROMULUS REX
REGIA ARMA FERO
TEMPLUMQ. IIS REGIONIBUS,
QUAS MODO ANIMO METATUS
SUM DEDICO:
SEDEM OPIMIS SPOLIIS:
QUÆ REGIBUS DUCIBUSQ. HOSTIUM CÆSIS
ME AUCTOREM SEQUENTES
POSTERI FERENT.

Hæc Templi est origo, quod primum omnium Romæ dicatum est. Hinc *Pomponius Lætus lib. 2. Rom. hist. sub. Rubr. Magnitud. Rom. Imper. fol. 15.* scribit: Ipsa quidem fercula primus ostendit Romulus, qui ramum quernum manu cepit, in quo cæsi Acronis Regis Cæninensium opima *Jovi Feretrio* spolia in Capitolium tulit.

§. 3. Mentione facta *Jovis Feretrii*, pauca de eo in lucem proferre constituimus. *Festus* putat JOVEM Feretrium à *ferendo* dictum, quod pacem ferre putaretur; aut

aut quod arma ferret. *Propertius in* 4. ostendit, quod à *feriendo* dictus sit, ubi de *Jove Feretrio* eruditam elegiam scripsit, cujus hoc initium:

Nunc Jovis incipiam causas aperire Feretri
Armaque de Ducibus trina recepta tribus
――――――causa Feretri
Omine quod certo dux fecit ante Ducem
Seu quia victa suis humeris hac arma ferebant
Hinc Feretri dicta est ara superba Jovis.

Martin. Delrio in Comment. ad Agamem. pag. 511. ait: Jovem Feretrium appellari, quod ei dicerentur triumphalia spolia. *Plutarchus in vita Romuli pag.* 27. etiam à *feriendo* nomen habere refert: nam Romulus precatus erat *Jovem* ut *Acronem* feriret & cæderet. Idē in *Marcello pag.* 302. Jupiter *Feretrius* vocatur à trophæo, quod feretro gestabatur, deducto nomine è lingua Græca, quæ passim sermoni Latino erat tam confusa. Alii esse cognomen Jovis Fulminantis affirmant à feriendo dictum. Sunt qui deductum volunt ab ictibus, qui in bello inferuntur. *Dionys. Halicarnass. lib.* 2. *pag.* 102. Jovem Feretrium dici quasi ὑπερφερέτην, quod universam rerum naturam ac motum circūquaque complexus supra cuncta emineat.

neat. Huic *Jovi Feretrio* Romulus opima spolia detulit. Ea autem rite habentur spolia opima quæ Dux Duci detrahit. *Liv. lib. 4. decad. 1. Valer. Maxim. lib. 3. c. 2.* de T. Manlio Torquato Plutarchus in *Marcello*: Obtinebat, ait, tum opinio, ea tantum esse opima spolia, quæ primo in agmine dux duci detraxisset. *Dio. lib. 51. de M. Licinio Crasso*, Bastarnas, inquit, cæcidit, ac Regem eorum Deldonem interfecit, *Jovi Feretrio* opima spolia relaturus, si ipse suis auspiciis non Cæsaris rem gessisset. conf. *Dionys. Halicarnass. lib. 2. Liv. Dec. 1. lib. 1. cap.* 10. & 4. *cap.* 19. 20. *Propert. lib. 4. eleg.* 11. *Alexand. ab Alexand. genial. dier. lib. 1. p. m.* 108. *edit. Lugd. Bat.* Addit *Liv.* opima spolia sunt, quæ feruntur Jovi à Duce, qui hostium Regem Ducemque cecidit. Itaque etiam *Festum* audiamus, qui dicit: Spolia quæ Dux populi Romani Duci hostium detraxit, opima dicuntur. Quorum tanta raritas est, ut trina contigerint nomini Romano: Una, quæ Romulus de Acrone reportavit, vid. *Liv. cit. loc. lib.* 1. *Valer. Maxim. lib. 3. c. 2. Plutarch. in Rom. Plin. de Vir. illustrib. c. 2. Solin. c. 2.* Hinc *Ovid. lib. 5. Fast.* ab Ilia natum *Romulum* vocat

Ilia.

——— *Iliaden humeris ducis arma ferentem*

Altera, quæ *Cornelius Cossus de Tolumnio. Liv. lib. 4. Valer. Maxim. cit. loc. Servius lib. 6. Æneid. Ovid. in Epigramm. ap. Priscian. lib 5.*

Larte ferox caso Cossus opima tulit

Tertia, quæ M. *Marcellus* Jovi Feretrio de Viridomaro fixerunt. *Virgil. lib. 8. Æneid. verf.* 855.

Aspice ut insignis spoliis Marcellus opimis
Ingreditur victorque viros supereminet omnes
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
Sistet eques, sternet Pœnos Gallumque rebellem
Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.

Conf. *annot. Tiraquell. ad Alex. ab Alexand. lib. 1. p. m.* 109. & *God. Stewech. comment. ad Veget. de re milit. edit. Vesal.* 1670. *pag. m.* 148.

§. 4. Quapropter *Jupiter Feretrius* est, ad quem opima deferebantur spolia. *Servius ad lib. 6. Æneid. v.* 859. putat lege *Numa Pompilii* prima opima spolia *Jovi Feretrio* debere suspendi, secunda *Marti*, utpote belli præsidi: Tertia *Quirino*, i.e. illi Marti, qui præest paci. conf. annot. *Tiraquell. ad Alexand. ab Alexand. lib. 1. pag. m.* 110. Sed *Plutarchus* ait obtinuisse, ut omnia

 opi-

opima ſpolia *Jovi Feretrio* ſuſpenderentur. Hinc *Romulus* templum exſtruxit teſte *Livio lib.* 8. uti dictum. Id quod affirmat *Dionyſ. Halicarn, lib.* 2. *pag.* 102. *Antiq. Rom. Romulus* in *Capitolino* vertice *Jovi Feretrio* templum deſignavit non magnum (adhuc ſupereſt vetus ejus veſtigium vix XV. pedum longitudine) quo inferret opima de *Cænenſium Rege* ſpolia, quem ſua manu peremerat. Actum deinde ab *Anco Martio* quarto Romanorum Rege: poſt vetuſtate dilabens ab *Auguſto* refectum eſt, utrumque teſtatur *Livius lib.* 1. & 4. *dec.* 1. De *Auguſto* quidem ſic ait: Hoc ego, cum Auguſtum Cæſarem Templorum omnium conditorem aut reſtitutorem ingreſſum Ædem *Jovis Feretrii*, quam vetuſtate dilapſam refecit: Factum eſt id hortatu Attici jam ſenis. *Cornel. Nep.* in ejus vita: Ex quo inquit, cum Ædes *Jovis Feretrii* in Capitolio a *Romulo* conſtituta vetuſtate, atque incuria detecta prolaberetur, ut *Attici* admonitu Cæſar eam reficiendam curaret, conf. *Alexand. Donat. Rom. vet. & nov. edit. Amſtel.* 1695. *lib.* 2. *pag.* 109. Ex hoc templo ſumebant Romani ſceptrum, per quod jurabant, & lapidem ſilicem, quo fœdus feriebant.

CAP.

CAP. VI.

De Spoliorum consecratione & Trophæis.

§. 1.

INvaluit etiam usus, ut spoliis hostium templa Deorum, forum quoque Romanum exornarentur *Liv. lib.* 10 de Æde Quirini per Papyri Consulis filium dedicata: *Exornavit*, inquit, *hostium spoliis. Quorum tanta multitudo fuit, ut non solùm templum tantum, forumque his ornaretur; sed sociis etiam, coloniisque finitimis ad Templorum locorumque publicorum ornatum dividerentur.* Hoc non solùm ex sacra Scriptura, sed etiam profanis autoribus patet. Ad sacram Scripturam quod attinet, legitur 1 *Sam.* 31, 9. 10. *Et posuerunt scil. Philistæi arma ejus scil. Saulis in Templo Astaroth.* Hæ res ἀναθήματα dicuntur ἀπὸ τοῦ ἀναθῆναι à suspendendo quia nefas erat, rem semel consecratam ad profanos revocare usus. Erant autem ejusmodi dona ἱερὰ χρήματα. Imprimis autem populo Dei frequentatissimum erat, arma in bello hostibus detracta & spolia ab iisdem reportata in templo Dei suspendere. Sic gla-

gladius *Goliathi* à Davide occisi suspendebatur, id quod testatur *Joseph. lib. 6. antiquit. Judaic* 13. Ita hoc loco arma Saulis in templo Astaroth reponuntur. Moris itaque erat Deorum fanis inferre spolia hostibus ablata. Sic Alcæi Poëtæ Lyrici in acie aufugientis abjecta arma ab hostibus collecta in templo *Palladis* suspendebantur, *Herod. lib.* 5. *pag.* 143 Sic *Achillis* hasta in templo suspensa *Dausqv. ad Calabr. pag.* 14. conf. *Dieter. Antiquit. bibli. fol. m.* 348. Sic *Abrahamus* primitias de spoliis Deo consecravit. *Joseph. lib.* 1. *c.* 11. Ἀκροδίνια eas solenniter vocat. Ἀκροδίνια λαφύρων *Decima spoliorum Dionys. Halicarnass. lib.* 1. Ibi ante omnia Diis primitias (seu prædæ decimas) selegerunt. confer. *analect. Sacr. pag.* 16. *Johann. Doughtai edit. Amstel.* 1694.

§. 2. Gentiles Cimeriis involuti tenebris hunc ritum retinuerunt. Victo enim hoste & subactis Regionibus in Republica Romana olim fuêre in maxima gloria *triumphi*, ubi spolia in templis suspenderunt. Hinc *Baptista Mantuan.* 3. *Sylv. f.*

Post

——— ——— post Cimbrica bella
Barbaricis templum spoliis prædaque recenti
Struxit, & optato Marius sacravit honori.
Bacchus ut Eoos victor penetravit ad Indos,
Primitias prædæ superis & magna dicavit
Dona Jovi; prisci frondes in templa ferebant.
Primus hic & spoliis aras cumulavit & auro,
Scipio cui nomen devicta Numantia fecit
Templa dedit superûm Patri; Marcellus eidem
Gallorum Ducis exuvias. Agrippa superbis
Porticibus grandique Deos testudine clausit.

In divisione spoliorum alia cedebant Duci, alia militibus, uti ex nummo Cæs. Ner. Trajani cognoscendum. His hastæ datæ, vexilla, vestes, ocrea & calceamenta, &c. vid. *God. Stewech. comment. ad Veget. de re milit. edit. Vesal.* 1670. *pag. m.* 144. alia Diis suspendebantur. Potiorem verò partem Diis tribuebant in perennem memoriam teste *Virgil. lib. 7. Æneid.*

Multaque præterea sacris in postibus arma
Captivi pendent currus, curvæque secures
Et cristæ capitum & portarũ ingentia claustra
Spiculaque, clypeique ereptaque rostra carinis.

Cujus vestigiis pressim inhærens diligentissimus ejus imitator *Sil. Ital. lib.* 1. ita canens:

in

——— ——— *in foribus primoque in limine templi,*
Captivi currus, belli decus, armaque rapta
Pugnantum Ducibus, sævæq; in morte secures
Perfossi clypei, servantia tela cruorem
Claustraque portarum pendent.

Confer *Stat. Theb. lib.* 3. *Lucan. lib.* 1. Sic *Olympias Philippi* Regis uxor, gladium illum, quo rex percussus est à *Pausania*, *Apollini* sub nomine *Myrtalis* suspendi curavit. *Justin. ex Trog. lib.* 10. Scævini ferrum in se promtum, sed feliciter evitatum in Capitolio postea sacravit *Nero. Tacit. Annal. lib.* 18. Pugionem quo fratrem *Getam* suum confoderat immanissimus parricida, Diis, si placet, dicavit Antonin⁹, narrante *Zonara in vit. T.* 2. Vide plur. *Dieter. antiquit. Bibl. fol. m.* 347. *edit. Francof. Thomasini. de donariis edit. Roman. Ovid. lib.* 4. *Trist. Eleg.* 7. Pluribus de his egit *Martin. de Roa. in singul. par.* 1. *pag. m.* 548, 549. *edit. Lugd.* 1667. quem videat Lector benevolus. Conf. *Alexand. ab Alexand. genial. dier. lib.* 5. *part.* 2. *pag. m.* 330. *edit. Lugd. Bat.*

§. 3. Imò templa ex prædæ pecunia Duces exstruere solent. *Liv. lib.* 10. De reliquo ære ædem Fortis Fortunæ de Manubiis facien-

ciendam locavit. *Aras* quoque & simulacra confieri solita, testis mihi *Tacit. lib. 3. Annal.* Si etiam de præda dividunda plures contenderent, res sorte decidebatur. Spoliis quoque seu donis militaribus postes exornatos fuisse innuere visus *Valer. Maxim. lib. 2. cap. 8. Virgil. lib. 7. Æneid.*

Multaque præterea sacris in postibus arma, &c.

Atqui hæc ne quidem alienatis ædibus refigere emptoribus fuit concessum, uti annotavit *Plin. lib. 35. cap. 2.*

§. 4. Observandum etiam venit, quod hostium spoliis titulos adscribi consueverint veteres, id quod constat ex *Ovidio lib. 2. de arte amandi. Sed quicunque meo superarit Amazona ferro*

INSCRIBAT SPOLIIS, NASO MAGISTER ERAT.

Silius Italicus lib. 15. Pyrenes tumulo clypeum cum carmine figunt

HASDRUBALIS SPOLIUM GRADIVO SCIPIO VICTOR.

Liv. lib. 4. de Cosso Dictatore: Spolia in æde Jovis Feretrii, prope Romuli spolia, quæ prima OPIMA appellata, sola ea tempestate erant cum solenni dedicatione DO-

NO FIXIT. Extat Romæ vetus inscriptio in hæc verba :

P. DECIUS DECII F. PRIMO COS. DE SAMNITIBUS TRIUMPHANS, SPOLIA EX IEIS CERERI CONSECRAVIT, ITERUM TERTIUM CONSUL.

Huc etiam referri debent spolia, quibus imponi statuas quoque moris fuit antiqui. Ita in nummo Tiberii, quem inter Augustarum imagines Æneæ vici, à *Johanne Baptista Duvallio* restitutas videre licet, statua ejus triumphalis super spoliis Germanorum insidens conspicitur, cum effigie *Drusii* ab altera parte, qui res in Germania imperante patre prospere gessit. conf. *Emund. Figrel. tract. de statuis illustr. Rom. edit. Holm.* 1656. *pag. m.* 224. *cap.* 26.

§. 5. Spoliis addebantur *trophaea*. Aliud insuper belli usus invenit, ut in quo loco hostes superati essent, ibi *tropaea* erigerentur. De quibus *Nonius Marcellus*: Fuga hostium Græcè vocatur τροπή: hinc spolia capta, fixa in stipitibus, appellantur tropæa. Notati mihi hujus rei usurpatores ex Ducibus Romanis apud *Florum lib.* 3. *c.* 2. Domitius inquit, Abenobarbus, & Fabius Maximus

mus ipsis quibus dimicaverant locis saxeas erexêre turres,& desuper exornata armis hostilibus tropæa fixêre, cum hic mos insuetatus fuerit nostris. Nunquam enim populus Romanus hostibus domitis suam victoriam exprobravit. Videndus etiam *Strabo lib.* 4. qui idem tradidit. Tropæa descripsit *Bulengerus lib. de spoliis bellic. c.* 3. cujus verba hîc adducere lubet. Erant domi forisque corpora trunca,marmorea vel lignea cum spoliis appensis de hostium exuviis,ut erant gladii,loricæ,galeæ,clypei , ut ostendunt marmora & præterea nummi apud *Gorlæum in thesauro numismatum*. conf. *Rosin. lib.* 10. *c.* 29. *antiquit. Roman. Uzel. in animadvers. ad Minu. Felicem pag.* 142. *Thys. not. ad Valer. Max. pag.* 253. *edit. Lugd. Bat.* 1651. Thomas de S. Quercu Anglus ita reddidit: Tropæum *à token or mark of timber or stone set up in a place where enemies were vanquished, with their haress and other spoil hanged on it.*

§. 6. Quo autem omnia ordine tractentur, *personæ* considerandæ veniunt, quæ tropæa erexerunt. Illa autem soli Duces erexerunt teste *God. Stewechio in Comment. ad Veget. Renat. de re militar. edit. Vesal.* 1670.

pag.

*pag.m.*147. *Pigh. in Annal. Roman. Tom.* 2. *p.*55. *Plutarch. in Parallel. pag.* 306. Romani bello Samnitico Ducem Exercitus crearunt Posthumium Albinum. Is in angustiis, quæ Caudinæ furcæ dicuntur, circumvectus hostium insidiis tres legiones perdidit, & ipse vulnere gravi accepto cecidit. Intempesta nocte jamjam moriturus, hostibus occisis scuta ademit, tropæum statuit manuque in sanguinem intincta inscripsit: JOVI TROPÆORUM VINDICI DE SAMNITIBUS ROMANI POSUERUNT. Simile quid ex Chryserm. lib. 3. Peloponnesiac. narrat ita *Plutarch.* loc. cit. de Othryado Spartanorum Imperatore, qui vulneribus afflictus in prælio contra Argivos, semifractis inter cadavera innitens hastis, exurgens congestis scutis tale Trophæum erexit, ac JOVI, in cujus potestate sunt tropæa proprio sanguine titulum inscripsit. Germanicus apud *Tacit. c.* 2. JOVI MARTI & AUGUSTO tropæum sacrat. *Numenius* apud *Plin. lib.* 6. *c.* 28. JOVI ac NEPTUNO tropæa statuit *Xenophon in oratione de laudibus Agesilai* & *Plutarchus* in Apopht. Laconicis & in vita illius tradunt, *Bœotios* juxta *Itoniæ Minervæ* sacrum tropæum erexisse, Athenien-

nienſibus ibi prælio victis. Sic Fabius Æmylianus teſte *Strab. lib.* 5. *Marti* & *Herculi* Claudius devictis Bojis. De *Augusti* tropæo vid. Plin. *lib.* 3. *cap.* 20. *Appian lib.* 5. *Artemiſia. Vitruv. l.* 2. *c.* 8. vide de his *Alexand. ab Alexand. lib.* 1. *gen. dier. pag. m.* 173. 174. *edit. Lugd. Bat.* 1673.

§. 7. Circa erectionem tropæorum varia ſunt notanda (1) materia, ex qua confecta. Fiebant igitur ex *quercu*. Sidon. Apollinar. Et quercum captivo pondere curvat. Et *Anthe*: Quercusque tropæis Curva tremit. *Claudian. lib.* 1. *in Ruffin.* Veſtita ſpoliis donabere quercu. Et *lib.* 2. *de Laud. Stilic.* Ditibus exuviis tendentem ad ſidera quercum. Ad quod alludere dicunt *Virgil. lib.* 10. *Æneid. v.* 423. Hæc arma exuviasque viri tua quercus habebit. Et iterum Virgil. *lib.* 2. *Æneid.*

Ingentem quercum deciſis undique ramis
Conſtituit tumulo: fulgentiaque induit arma
Mezenti ducis exuvias, tibi magna tropæum
Belli potens: aptat vorantes ſanguine criſtas
Telaque trunca viri, & bis ſex thoraca petitum
Perfoſſumque locis: clypeumque ex ære ſiniſtræ
Subligat; atque enſem collo ſuſpendit eburnum.

Et

Et Juvenal. *Satyr.* 10.

Bellorum exuviæ truncis affixa tropæis
Lorica, & fracta de Casside buccula pendens.

Et *Prudentius in Symmachum lib.* 2. Et suspensa gravi telorum fragmina trunco. conf. *Gothofred. annot. in Alexand. ab Alexandr. lib.* 1. *gen. dier. pag. m.* 173. *edit. Lugd. Batav.* 1673. *Plutarch. in Problem. c.* 36. *Diodor. Sicul. lib.* 3. *in Orat. Nicol. Syracus.* scribit, priscos Græcos in victoriis bello partis curavisse ne lapidea sed lignea potiùs tropæa erigerentur, ut his brevi tempore consumptis, quem celerrime aufferrentur è medio monumenta discordiæ. *Aristophanis* Interpres *in Pluto* refert: Veteres aut murum aut columnam lapideam in victoriis pro tropæo erexisse. Sic *Johann. Loccen. in antiquit. Sveo-Gothic. c.* 4. *p. m.* 153. *edit. Holm.* Principibus Victoribus tropæa è saxis in loco pugnæ poni sveta, quæ Segerstener à victoriis reportatis & Bautasteiner quasi Bytasteiner à spoliis *devictorum hostium*, quæ eis affixa erant, appellata. conf. *Anth. Thysi annot. ad lib.* 2. *Valer. Max. pag. m.* 192. *edit. Lugd. Bat.* 1651. Quamvis me non lateat, & aliud generis arboris ad suspendenda tropæa adhibuisse veteres. Sic *Claudian.*

de

de raptu Proserp. lib. 3. *fol. m.* 575. *edit. Mediol.* ait: abietem vestit spoliis Enceladi. Ubi *fol.* 580. *Bissius* annotat, abietem stipitem fuisse, cui tropæum fuerit impositum. Additur *Enceladi,* qui Gigantum maximus fuisse creditur; ideò ad sustinenda maximi gigantis spolia maxima inter arbores eligenda fuerat.

§. 8. Tropæa ponebantur (2) in editioribus locis. Illud indicat *Servius ad lib.* 2. *Æneid.* Tropæa non figebantur, nisi in eminentioribus locis. *Sallustius hist. fragment. pag. m.* 498. *edit. Lugd. Bat.* 1649. de Pompejo dicit: devictis tropæa in Pyrenæis jugis constituit. *Tacit. lib.* 2. *Annal.* Miles in loco prælii *Tiberium* Imperatorem salutavit, struxitque aggerem, & in modum tropæorum arma. *Alexander ab Alexandro lib.* 1. *Gen. dier. pag. m.* 176. *edit. Lugd. Bat.* in montibus fuisse tropæa affirmat. De his *Virgil. lib.* 11. *Æneid.* Atque inde factum putatur, ut in urbium arcubus statuantur tropæa. Postmodum solebant *quercum* spoliis hostium devictorum ornare, quod *Claudian. lib.* 3. *de raptu Proserpin.* effert: posuisse cruentam Ægida: Sylva exuviis superbit: vi-

ctoria veſtit nemus: dependent tergora affixæ facies truncis: arbor ſpoliis exultat: arma ſuſtinet.

§. 9. Ita autem applicabant ſpolia trophæis, ut formam (3) *armati hominis* redderent. Ita clypeus ad ſiniſtram arboris ponebatur, enſis ad collum militari more: baltheus porrò appenſus collo, & inde enſis dimittebatur ad latus, *Minucius Felix*. Tropæa veſtra victricia non tantùm ſimplicis crucis faciem, verùm & affixi hominis imitantur. Adſcribebant etiam (4) *titulum* devictæ gentis aut populi in Tropæis, ut noſcerentur illi, de quibus tropæum eſſet excitatum. Quem morem tangit *Virgil. lib.* 11. *v.* 83. & 84.

Indutosque jubet truncos hoſtilibus armis
Ipſos ferre Duces inimicaque nomina figi.

Et *Claudian. lib.* 3. *de Rapt. Proſerpin.* ubi excitatur tropæum devictorum Gigantum canit: *Nullaque non magni jactat ſe nominis arbor.* Quo verſu indicat ſcriptum *titulum* in quacunque arbore. Clarè Tacit. *lib.* 2. *Annal.* Struxit aggerem, & in modum tropæorum arma ſubſcriptis victarum gentium nominibus impoſuit. Et *Plin. in Orat. Panegyr.* Videor inquit, "

jam

jam cernere non spolia provinciarum, & extorto sociis auro, sed hostilibus armis captorumque Regum catenis triumphum gravem: Videor ingentium Ducum nomina nec indecora nominibus corpora noscitare *Ovid. lib.* 4. *Trist.*

Cumque Ducum titulis oppida capta legas.
Et *Propert. lib.* 3. *eleg.* 3. & titulis oppida capta legam.

Et huc facit, quod scribit Interpres *Aristophan.* Tropæum est columna lapidea, in qua scriptæ erant, quæ res essent contra hostem gestæ. *Plutarch. in Vita Timoleontis* refert, adoranda fuisse quædam tropæa pulcherrimis titulis. *Dio Cassius lib.* 37. *de Tropæis Pompeij* ait: Unum fuisse magnum & sumptuose adornatum, habens hunc titulum TOTIUS TERRARUM ORBIS. Qualis titulus fuit, qui legitur apud Arristidem: Athenienses de Thebanis. item: de Persis. Apud *Stobæum* de Fortitudine legitur, quod Othryades moribundus excitaverit tropæum, atque isti proprio cruore hunc titulum addiderit.

LACEDÆMONII CONTRA ARGIVOS.

Ejusmodi inscriptiones additas fuisse ostendit *Tacit.* *lib.* 2. Laudatis inquiens,

pro concione virtutibus Cæsar Congeriem Armorum Struxit, Superbo cum Titulo, Debellatis Inter rhenum Albimque Nationibus, Exercitum Tiberii Cæsaris Ea Monumenta Matri & Jovi & Augusto Sacravisse. Idem *cit. lib.* de honoribus in Germanicum collatis: Arcus additi Romæ, & apud ripam Rheni & in monte Syriæ Amano, cum inscriptione rerum gestarum ac mortem ob Rempubl. obiisse, *Plinius lib. 3. cap. 20.* inscriptionem è tropæo Alpium ponit, quæ talis est. Imp. Cæsari D. Jul. F. Augusto Pont. Max. Imp. xiiii. Tribunic. Potestat. xvii. S. P. Q. R. Quod Ejus Ductu, Auspiciisque Gentes Alpinæ Omnes, Quæ A Mari Supero Ad inferum Pertinebant, Sub imperium P. R. Redactæ Sunt. Qua in Tabula observanda sunt verba hæc Ductu Auspiciisque, quæ solennia fuisse frequens eorum usus arguit. *Liv. lib. 41.* tabulam refert in æde Martis Matutæ positam cum indice hoc:

TIBI
SEMPRONII GRACCHI, CONSULIS IMPERIO

AU-

AUSPICIOQUE, LEGIO, EXERCITUSQ;
P. R.
SARDINIAM SUBJECIT.

Plura qui desiderat, evolvat *Barnab. Brissonii lib. elegantiss. de Formulis & solennibus Populi Romani verbis edit. Mogunt.* 1649. *lib.* 4. *p. m.* 553. ubi plura lectu digna habentur.

§. 10. Erecto tropæo: Sacer Præsul JOVEM vel alium Deum alloquebatur: JUPITER TROPÆE, gratias tibi agit populus pro victoria: JUPITER TROPÆE fac, ut devicta gens nunquam arma recuperet contra TE. Da JUPITER, ut de omnibus hostibus tuus vincat populus, Tibi hæc Tropæa sunto erecta: habeto eorum custodiam, ut sint terror gentibus, gloria Romanæ virtutis: memoria fortitudinis. Et his verbis prolatis, clamabat exercitus: Io TRIUMPHE! IO: quo facto, spolia dividebant & opima mittebant *JOVI FERETRIO.*

CAP. IV.

De
Tropæorum Statuis variis.

§. I.

AD habitum statuarum, non vestes, sed & arma pertinent; cum & quædam

ex iis tegant corpus. Inde dictæ ſtatuæ *militares* & *armatæ*. Romani antiqui ut rebus bellicis impensè delectabantur, inque iis præcipuam gloriam ſtatuebant, ita eo maximè habitu in ſtatuis ſpectari geſtiebant. *Cicero offic.* 1. Declaratur autem ſtudium bellicæ gloriæ, quod ſtatuas quoque videmus ornatu ferè militari. Talis erat ſtatua *Horatii Coclitis* de qua *Dionyſ. Halicarnaſſ. antiq. Rom.* 5, 4. Poſtquam ex mortis periculo evaſit, populus æneam ſtatuam armatam, in maximè conſpicuo fori loco erexit. Meminit *Ammian. Marcell.* & talium *lib.* 19. Horum, inquit, Campiductoribus ut fortium factorum anteſignanis, poſt Civitatis excidium armatas ſtatuas apud Ædeſſam in regione celebri locari juſſerat Imperator. Et inſcriptio vetus Romæ.

HUIC SENAT. &c. STATUAM. IN FORO. DIVI TRAJANI. ET ALIAM. &c. —— NENDAS.

Duas item ſtatuas militari habitu Antonino decretas ex Capitolino conſtat, cujus hæc ſunt verba: Antonino autem divinos honores & miles decrevit, & nos decernimus; Et vos P. C. ut decernatis, quum poſſi-

possimus Imperatorio jure præcipere, tamen rogamus, dicantes & duas statuas equestres, pedestres duas habitu militari, sedentes CIVILI HABITU duas. Quemadmodum autem arma duplicia sunt, ut ait *Isidor. in Origin.* vel quibus percutimus vel quibus tegimur, ita utroque armorum genere muniri & accingi consvevisse statuas reperimus. Inter tegentia arma sunt *lorica*, *thoraces*, *galea*.

§. 2. De *loricata* statuà Cæsaris Plin. 34. 5. Cæsar quidem Dictator Loricatam sibi dicari in foro suo passus est. Talis spectatur in Augusti nummo apud *Golzium pag.* 36. *num.* 23. Hánc loricam, quanquam non dubitaverim interdum ex hamatis illis fuisse, quarum meminit *Polybius lib. 6.* tamen pro solo pectorali accipit *Servius* & antiquis statuis tribuit ad illum Versum *Æneid.* 8.

Ægidaque horrificam turbata Palladis arma

Ægis, inquit, est munimentum pectoris aureum, habens in medio Gorgonis caput; Quod munimentum si in pectore numinis fuerit, Ægis vocatur; si in pectore hominis sicut in antiquis Imperatorum statuis

tuis videmus Lorica dicitur. Illud discrimen item Martialis VII. Epigr. I. ostendit, ubi de Lorica *Domitiani* sic ait, adulatorio more,

Dum vacat hac Cæsar, poterit lorica vocari
Pectore cum sacro, sederit Ægis erit

Thoracas statuis addidisse Romanos etiam Plin. cit. loc. testatur. Græca res est nihil velare, at contra Romana ac militaris, Thoracas addere. De *Galea* ex eo certe constat, quod Romam suam Romani, quam etiam statuis, tanquam numen aut Deam decorabant, semper *Galeatam* statuere, ut in nummis plurimis cernere licet; Quod vel ex causa factum esse videtur, ut Martiam illam & bellicosam esse monstrarent. Frequens ille habitus apud Græcos fuit, imò fœminis etiam communicatus. De *Thelesilla* illustris fœminæ statua *Pausan. in Corinth.* tradit, quod galeam capiti jam impositura manu teneret. Erat hoc in fœmina illustre virtutis præmium. Sed alio fine *Pericli*, viro alioquin forti & præclaro galeam fuisse additam *Plutarch*. in ejus vita notat. Forma, reliqui corporis ea, in qua culpari posset nihil, capite tantum oblongo & inconcinno. Itaque statuæ ejus ferè omnes galeatæ

leatæ conspiciuntur, quod artifices id ei vitium exprobrare noluerint. Attici verò Poëtæ *χοινοκέφαλον* quasi caput Scillæ simile habentem vocaverunt. Talia sunt arma quibus legitur simul & protegitur corpus. Quibus verò offendimus, sunt gladii, hastæ, arcus, &c. quibus item instructas statuas legimus; Gladium dedere statuis vel strictum in manu, vel appensum. De stricto gladio in manu I. *Bruti* ... *tarch. in M. Bruto*, Marcus Br...us genus suum ab Junio Bruto ded...it, quem prisci Romani æreum inte... Reges in Capitolio posuerunt, cum ense stricto, Gladio accinctam *Domitiani* statuam *Statius Papinius Sylo* 1. docet ——— *latus*, inquit, *ense quieto*.

Securùm magnus quantum mucrone minatur

Noctibus hybernis & sidera terret Orion.

Qui locus etiam ostendit modum gestandi gladios in statuis, ad latus nimirum insertos cingulis. Sed & *hastæ* dabantur statuis. Unde illa apud *Senecam Epist.* 65. Doryphoros statua, & apud *Plin.* 34. 8. Doryphori duo *Casilai* & *Aristodeni* opera præcipuæ laudis. Hasta enim erit symbo-

lum fortitudinis. Et ipse *Mars* Romanorum Deus *Quirinus* appellatus ab hasta, quæ antiquis nominata *Quiris*, ut ex *Plutarch. quæst. Rom.* 87. discimus, exemplar suæ stirpi præbere potuit. Imò sub sola hastæ specie ipse Deus colebatur. *Justin.lib.* 42. §. 3. Nam & ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluere, ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum simulacris hastæ adduntur.

§. 3. Non *Marti* autem solum hasta tributa sed & *Palladi*: quod nomen *Plato in Cratyl.* p. 279. censet esse à saltatione in armis. *Rosin. lib.* 2. *c.* 9. *Antiq. Rom. Delrio ad Senec. Agamem. pag.* 501. *Coque. ad lib.* 4. *c.* 10. *August. de Civ. Dei pag.* 271. amplectuntur Platonis derivationem, *Palladem* ἀπὸ τὸ πάλλειν δόρυ à vibrando hastam dictam esse censentes: hastam siquidem tenet, quam velut vibrare videtur. Ita *Gilbert. Cognat. ad. Thom.* 1. *Lucian. pag.* 209 Sic *Junoni* tribuitur *hasta*, ut Plutarch. *in quæst. Rom.* meminit, quæ & *hastata* & *Curitis* dicitur à *Curis* Sabinorum lingua significante *hastam*. Sextus Pompejus ait: Junoni sacra habetur hasta, & pleræque ejus statuæ hasta nituntur. Hasta enim, ut supra

dictum

dictum, *Quiris* vocabatur, & teste *Festo* Juno *Curitis* dicitur à ferenda hasta. Quod autem hastâ Mars instructus fuerit, docet *Servius ad Lib.* 8. *Æneid.* princ. ad verba: *Utque impulit arma.* Romani itaque Numinis sui exempla statuis hastas addebant. Præter alias, hoc apparatu insignes sunt M. *Æmilii Lepidi* duæ statuæ equestres, quæ ita conspiciuntur in nummis *Golzii pag.* 32. *n.* 1. & 3. Statuam *Constantini Magni* Romæ in celebri loco cum hasta in manu erectam tradit *Euseb. de vit. Const. lib.* 1. *c.* 33. Nec illa arma duntaxat in statuis, sed & victoriarum insignia & *Tropæa* spectabantur. *Plutarch. in Romulo.* Quin & Romæ videre est statuas *Romuli* trophæũ ferentes, pedestres omnes. Tales & illæ equestres *Lepidi* cum tropæis videre licet, uti ex nummis *Golzii* videre licet. Ex quibus satis constat, statuas his armis instar tropæorum, ornatas fuisse.

CAP. VIII.

De

Triumphi honore, Personis triumphantibus & hunc recusantibus vel ambientibus.

§. 1.

ERat itaque Triumphus, ut in suo cornu

copiæ enarrat *Perottus* omnium honorum qui à populo Romano dari solebat, maximus. Vehebantur namque triumphantes curru inaurato, qui IV. equis albis ducebatur capite coronato, devictis hostibus currum sequentibus, quorum colla catenis onerata erant. Sic præeunte Senatu in Capitolium ascendebant ad templum Jovis Opt. Max. ubi mactato tauro albo, eadem pompa comitatus domum revertebatur. Hinc à *Bacherio in Flaciss. Poetic. pag.* 686. Triumphus dicitur honorum, qui suffragio aut studio civium deferrentur, talis summus apex; à Romulo institutus, qualis ad extrema etiam Imperii tempora duravit. Fuit autem genus honoris haberi solitum iis, qui imperium à populo acceptum summa cum virtute ac felicitate administrassent, nimirum ut domum redeuntes magna cum celebritate & pompa urbem inirent; juxta illud *Ant. Thylesii Consentini Comment. de coron.* Gliscentibus in Civitate Romana divitiis ex auro coronario corona fiebat Hetrusca, quam servus eodem quo Imperator curru vectus Triumphali pone sustinebat, militibus etiam consequentibus laureatis aut serta gestantibus, citharædorum insuper

ac

ac tibiarum collegium coronis nonnunquam aureis exornatum, non ſine modulatis carminibus Triumphum comitabatur. Hunc autem qui bellici laboris & periculi expertes procurabant, ut otio ac pace læti fruebantur, ita pacis inſignia ſumebant, Victoremque in Capitoliū proſequebantur oleaginâ coronati, quam turmæ equeſtres idibus Juliis capiebant. Ejusmodi figuram nobis exhibet *Jacob. Laur⁹ in libr. de antiqua urbis ſplendore, edit. Rom.* 1612. *pag. m.* 11.

§. 2. Nullus autem quamvis incluti Ducis munere functus ad triumphum admittebatur, qui non fuerit *Conſul, Proconſul* aut *Dictator*: Ultrà quinque millia hoſtium cæſa, ingenti utique certamine exigebantur; nec ſatis erat, hoſtem fuſum fuiſſe, nî tota in ditionem hoſtilis provincia eſſet redacta, ac pacata omnia ſucceſſori relinquerentur. Quod prælio in ditionē redigebatur, neceſſe fuit, ut ante extra ditionem fuiſſet, & denuò ſubigeretur; nec ſatis erat proprios imperii fines defendiſſe. conf. *Biſſi annot. ad Claud. Claudian. de rapt. Proſerp. fol. m.* 246. Enimverò ſi Imperator confuiſſet *Dictator* vel *Conſul* vel *Prætor*, atque eam ob rationem, quod Proconſules & Proprætores

 intrà

intra Urbis mœnia cum Imperio esse prohibebantur, intra Romam Imperio absistere necesse habebat, tunc quò triumphanti ipsi cum tanta potestate Imperatrice Urbem ingredi liceret, lex Comitiis Curiatis ferebatur de Imperio ejus Ducis intra urbem per diem vel dies Triumphi continuando; cum nimirùm privatis atque alienigenis copia triumphandi nullatenus indulgeretur, nisi forsitan ex privilegio quodam personali, conf. *Rosin. antiq. Rom. pag.* 1623. *Kipping. antiq. diss. de victor.* 2. *pag.* 840. *edit. Franeq.*

§. 3. Erant autem multæ impediendi triumphi rationes: primùm cum Tribuni plebis Imperatori, qui triumphum peteret, aliqua de causa infensi, de rogatione ferenda omnes recusarent: deinde quidem cum rogationem quidem Tribunus aliquis ferret sed eam populus suffragiis antiquaret: tertio, ubi Tribuno rogationem ferente, unus pluresve de collegio intercederent; postremo cum Tribunus Imperatori ob res in bello gestas, diem diceret, sicuti *Cajus Memmius Lucullo*, qui duobus potentissimis Regibus, *Mithridate* & *Tigrane* devictis, tamen non nisi triennio post, accusationem remittente *Memmio*, triumphare potuit. conf. *Antiq.*

tiq. Rom. Rosin. pag. m. 1623. Causas ob quas triumphus vel concessus vel negatus ex God. Stewech. comment.ad Veget. Renat. de re militari cognoscere licet. conf. *Alex. ab Alex. gen. dier. lib.* 7. *pag. m.* 616. & *Antiquit. Rom. Rosin. cit. loc.*

§. 4. Roma itaque multiplices tàm intra quàm extra mœnia sua Victores spectavit, & inter cæteros (1) Tales, quales ne quicquam triumphos ambiebant, prout in ambobus illis COSS. T. *Quintio Capitolino* & *Agrippa* Volscorum & Æquorum Victoribus eluxit, juxta illud *Livii lib.* 3. ita scribentis: *Triumphum* nec ipsos postulasse, nec delatum iis à Senatu accipio, nec traditur causa spreti aut non spreti honoris. Ego quantum in tanto intervallo temporum conjicio cum *Valerio* atque *Horatio* Consulibus, qui præter Volscos & Æquos Sabini etiam belli præfecti gloriam pepererant, negatus à Senatu Triumphus esset, verecundiæ fuit, pro parte dimidia rerum Consulibus petere triumphum: ne etiamsi impetrassent, magis hominum ratio, quàm meritorum habita videretur. Et *Dec.* 4. *lib.* 10. *pag.* 110. Lucius Stertinius ex ulteriore Hispania, ne tentata quidem TRIUMPHI spe, quinquagin-

ginta millia pondo argenti in ærarium tulit, & de manubiis duos fornices, in foro Boario ante Fortunæ ædem & Matris Matutæ, unum in maximo Circo fecit,& his fornicibus signa aurata imposuit. Sic *Valer. Maximus*: Quid facies Cn. Fulvio Flacco, qui tam expetendum aliis honorem TRIUMPHI, decretum sibi à Senatu ob res benè gestas sprevit ac repudiavit? Nimirùm non plura præcerpens, quam acciderunt. Nam ut urbem intravit, continuo quæstione publica afflictus, exilio mulctatus est, ut si quid religionis insolentia commisisset, pœna expiaret. Modestia quoque memorabilis enituit in *Tyberio Sempronio*, quippe qui Triumphum non petiit, etiamsi multis secundis præliis *Sardos* perdomuerat; & in *Sardinia* 15000. ceciderat hostium; sed per Legatos duntaxat, rogavit, ut Diis immortalibus honos haberetur. Quid quod de *Julio Cæsare*, posteaquam *Cantabros* debellatos sub corona venum dederat, sic scribit *Florus lib.4.c.12.* Digna res lauro, digna curru Senatui visa est: sed jam Cæsar tantus erat, ut posset Triumphos contemnere. (2) Tales Triumphandi potestatem petentes, qualibus denegabatur ut Q. *Fulvio*, *L. Opimio*, *P. Scipioni*, *M.*
Mar-

Marcello & similibus, quorum vel ipsa nomina sunt instar æterni triumphi. (3) Tales quales Triumphum perinde impetrabant, quam efflagitabant juxta illud *Ciceron. Philipp.* 14. in M. *Antonium*: Is demum justus ac verus Triumphus est, cum benè de Republica meritis testimonium à consensu civitatis datur. Dabatur illud inter cæteros Cæsari *Augusto Octaviano* qui præter alias victrices à se pugnatas pugna navali *Actiaca Antonium* sic superaverit anno Juliano XV. quarto Non. Septembris, ut hæc *Sueton. Tranquill.* memoret; Curules Triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum continuo triduo omnes; juxta illud *Huberti Goltzii in Historia sua Augusta de hoc Imperatore victorioso pag.* 74. & seqq. In Italiam reversus Brundusii, cum exscensionem fecisset, omni multitudine obviam effusa, faustis acclamationibus, omniumque favore excipitur: nec salutasse contenti, dextrâ etiam Victricem Imperatoris, militumque ejus pro se quisque contingere contendentes, vitis etiam pro reditu & salute ejus se ultro obstringebant, gratiasque agebant, quod ejus operâ incolumis salvaque staret Respubl. Ad hunc modum per Italiam

Pace

Pace non minus quam victoria lætam; effusis non modò totis urbibus ad habendos ei honores, sed & agrestium turba vias passim obsidente, Romam venit. Potitus *Valerius Messalla* ex Calendis Juliis in *Apuleji* locum suffectus, ipso Magistratus initi die, nullo quidem exemplo sed ex SCTo pro Imperatore Cæsare operatus vota solvit, quod Dii fausto ipsius reditu, felici belli eventu, matura ab hostibus victoria, Rempubl. conservassent. Sacris rite peractis, Cæsar Triumphali ornatus habitu è suggesto militibus pro suo cuique merito virtutis ergò dona militaria largitus est: quique in beneficiis ad ærarium deferrentur adsignavit, iisdemque pecuniã ex præda & manubiis distribuit; singulis ducentos quinquagenos denarios, duplum Centurioni, triplum equiti: stipendium quoque militare & frumentum duplex post triumphum datum est. Populo verò Congiarii nomine quadringentos nummos dedit, ne præteritis quidem in gratiam *Marcelli* sororis suæ filioli minoribus; qui aliàs non nisi ab undecimo ætatis anno accipere consvevissent. *Triumphavit* per triduum. Primo die de Pannoniis, Dalmatis, Japydibus, Illyricis, Salas-

Salassis Morinisque Galliæ, tum de Suevis Germaniæ populis. Morinos *C. Albius Carrinas*, cum reliquis ejus gentis populis, qui armis sumptis etiam proximos in societatem belli pertraxerant, præliis aliquot profligatos, agrorumque populatione, vastationibus multatos imperata facere coegerat. *Suevi* in Gallicum agmen se latissimè populando effuderant, ingentem cladem, fugam terroremque passim circumferebant: rapit celerius agmen Carrinas ad prohibendos à populis socios; Svevosque præda præpeditos & palantes aggressus multa cum cæde profligat: dissipatosque eodem impetu prosecutus castris exuit: gravissimisque aliquot cladibus ad deditionem coactos in Gallia proximisque Rheno agris collocat. Hinc & hæc victoria in Titulis Cæsariani Triumphi adscripta est: Quod Imperatoris Cæsaris auspiciis, & in ejusdem Provinciis Carrinas rem bene gessisset. Carrinatis pater Syllana proscriptione interfectus fuerat; ea clades filium jure bonorum ex lege lata privabat. Cæterum benigniori fato servatus, Consul in locum Cæsaris cum primo se consulatu abdicâsset, factus est: & postea ob

rem

rem, contra eas, quas jam diximus gentes, benè gestam, communem cum Imperatore suo Triumphi honorem haberi meruit. Cæsar itaque ornatissima instructissimaq; cum pompa & apparatu urbem invectus, octavo Idus Sextileis, de gentibus, quas enumeravimus, Triumphum duxit: nec longo post eum intervallo & *C. Albius Carinas* de Gallis, Morinis & Suevis. Currum Cæsaris tam hoc Triumpho, quàm duobus sequentibus, Valerius Messalla, tum ipsius in Consulatu Collega, cum reliquo Magistratu Senatoribusque sequebatur, qui in pompæ ordine aliàs anteire solebant: eos Legati & Tribuni in equis, & exercitus Victor laureatus pedibus, cum cantu & inconditis, quas jaciunt vocibus, affectabantur, &c. (3.) Tales quales vel contradicente Senatu, vel dissentiente populo, vel abnuente exercitu triumphabant. Notum est è *Livii dec. 4. l.* 8. quantis opibus è X. Legatis L. *Furius* purpureo & L. *Æmilius Paulus* Victori *Cn. Manlio* obstrepere annixi sunt, ut Triumphus postulanti ne decerneretur; dum inter cætera contendunt: Ipsum Gallo-græcis bellum non ex Senatus autoritate, neu populi jussu intulisse, sed privatum potius latro-

latrocinium exercuisse. (4) Tales, qualibus majori erat gloria, Triumphum neque petiisse neque accepisse, ut intelligas ex illo *Livii lib. 5. pag. 159. col. 1.* Camillus meliore multò laude quàm cum Triumphantem alibi per urbem vexerunt equi, insignis justitia fideque cum in urbem rediisset, tacite ejus verecundiam prætulit Senatus, quin sine mora voti liberaretur. (5.) Tales quales conniventе magis quàm consentiente Urbe triumphabant, ut elucet è *Livii dec. 4. l. 9.* (6) Tales quales intra Urbem à Triumpho nullæ poterant remorari remoræ, ut inter cætera enitescit ex *Livii dec. 4. l. 9.* (7.) Tales quales Triumphum, quem intra urbem habere prohibebantur extra urbem agebant, prout effulget è *Livio* & ex Capitolinis Triumphorum tabulis in quibus præter cætera notabilia annotatum sic est;

C. PA-

C PAPIRIUS C. F. L. N. MASO. COS. AN. DXXII. DE CORSEIS PRIMUS IN MONTE ALBANO III. NONAS MART.

Instituti hujus causa patet ex *Valer. Maxim. lib. 3. c. 6. pag. m. 305. edit. Lugd. Bat.* 1651. Papyrius Masso, cum bene gesta Rep. Triumphum à Senatu non impetrasset, in *Albano monte* triumphandi & ipse initium fecit, & cæteris postea exemplum præbuit: proq; Laurea corona, cum alicui spectaculo interesset, myrtea usus est. conf. *Alexand. ab Alexand. Genial. dier. lib. 6. pag. m.* 478. Consimiliter apud *Plin. lib. 15. c. 29. ad fin.* qui literis ita prodidit: L. Piso tradidit: Papyrium Massonem, qui primus in monte Albano triumphavit, myrto coronatum ludos Circenses spectare solitum. Cujus rationem aptissime addit *Sextus Pompej.* quod Corseos in Campis myrteis superasset. Hujus exemplum secutus est *M. Marcellus*, qui victis Syracusanis Triumphum, quem præ Senatus interdicto triumphare in urbe nequibat, in monte *Albano* triumphabat. Vid. de his *Onuph. Panvin. in lib. Fastor. fol. m. 343. edit. Heidelb.* ubi plura. Triumphalis autem ille mons distare censetur ab urbe millibus passuum XII.

CAP.

CAPUT IX.

De *Ritu petendi & decernendi triumphos.*

§. 1.

TRadit *Alexander ab Alexandro lib.* 1. *genial. dier. cap.* 27. quod Imperatores, ſi quam pulchram & ſpectabilem victoriam impetraſſet, *laureatas* miſſitaverint *literas*, ut vel ſolatum illarum aſpectus lætum quid præſagiret. Quod inter cætera hauſiſſe videtur ex *Liv. dec.* 5. *lib.* 5. ubi tabellarum laureatarum fit mentio, ubi de Licinio conſule loquitur. *Tabularius*, qui ſe ex Macedonia venire diceret, laureatas literas attuliſſe dicitur, & 1. *Dec. lib.* 5. Literæ, inquit, à Poſthumio laureatæ ſequuntur victoriam populi Romani Coss. & Prætores. poſtquam à militibus appellati erant Imperatores, literas laureatas ad Senatum mittebant, quibus Imperatoris nomen ac Supplicationes à Senatu poſtularent. Præcipue literas illas pro decernenda ſupplicatione mittebant, quando victoriam reportaverant ab hoſte. Ita ſcribit *Salmuth ad tit.* 42. *lib.*

lib. 1. *Panciroll. pag. m.* 279. *edit. Amberg.* 1607. Solebant Imperatores Romani re benè geſta lauro revinctas literas mittere victoriarum & lætitiæ nuncias. *Petr. Victorius* ait: Literæ laureatæ dicuntur à Lauru, qua revinctæ & fermè obſignatæ erant, quod fiebat in ſignum reportatæ victoriæ, cujus indicium erat laurus. *Tiraquell. ad lib.* 1. *cap.* 27. *Alexandr. ab Alexandro Genial. dier.* Literæ laureatæ à lauru appellantur: nam & *Plin. lib.* 15. *circ. fin. Nat. hiſtor.* ait: Laurus Romanis præcipuæ lætitiæ victoriarumque nuncia additur literis. Ita *Capitolinus in Maxim.* ait; Statim Romam laureatas literas miſit quæ in urbe ingentem lætitiam fecerunt. *Lampridius in Alexandro* Laureatas tabulas vocavit. *Ammian. Marcell. lib.* 16. ubi de *Conſtantino Cæſare. Corn. Tac. lib.* 19. Ipſe lauream proſperæ geſtæ rei ad fratrem miſit, i. e. *laureatam epiſtolam*; ex quibus patet, literas laureatas interdum ſignari ſolo nomine laureæ, & dicuntur laureatæ non addito literæ eodem *Tacito* autore *Agric.* Nec Agricola, inquit, proſperitate rerum in vanitatem uſus, expeditionem aut victoriam

voca-

vocabat victos continuisse. Ne laureatis quidem gesta prosecutus est. Aliter vocabantur insignia laureæ, ut apud *Cæsar. lib. 3. de bell. civ.* Pompejus eo prælio Imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit; atque ita se postea salutari passus est. Sed neque in literis, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureæ prætulit. conf. *Paschal. lib. 8. cap. 11. pag. m. 551. de coron. edit. Lugd. Batav. 1671.* Ex Poëtis *Pers. Satyr. 6.*

—— Missa est à Cæsare laurus
Insignem ob cladem Germaniæ pubis.

Martial. lib. 7. epig. 5. ad Domitianum:

Sed jam lætitiæ, quo sit fiducia major
Sarmaticæ laurus nuncius ipse veni.

Claudian. in bello Gildonico:

Jam domitus Gildo nullis victoria nodis
Hæsit, non spatio terræ, non obice Ponti
Congressum profugum captum vox nunciat una
Rumoremque sui provenit laurea belli.

§. 2. Hinc laureati fasces *Cicero in lib. de divinat.* ubi dicit: *C. Marium.* cum fascibus laureatis incessisse. *Cic. Attic. lib. 8.* Age jam has compedes, fasces, inquam, hos laureatos, hæc ex Italia ferre quam mole-

ſtum eſt. Idem *Attic. lib. epiſt.* 7. Subito conſilium cepi, ut ante, quam luceret, exirem, ne qui conſpectus fieret aut ſermo, lictoribus præſertim laureatis. Et *Phil.* 2. de *Antonio* loquens : Vehebatur in Eſſedo Tribunus plebis, lictores laureati antecedebant. *Cæſar lib. 3. bell. civ.* cujus verba ſupra adduximus. *Tacit. lib.* 13. Nero, inquit, ob res à Quadrato & Corbulone proſpere geſtas, laurum faſcibus Imperatoris addi juſſerat. *Plutarch. in Lucullo*, Jul. obſequens in *lib. Prodigiorum*, *Jul. Capitolinus* in *Vit. Maxim.* ubi ſcribit : Gordianum ſeniorem per Carthaginem veniſſe cum faſcibus laureatis : quod & ipſum talem reperit in vita Gordianorum. Caſſiodor. varior. *l.* 9. *epiſt.* incip. Quid P. C. ubi de conſulatu loquens, ſcribit : Hunc honorem Deciorum familia non miratur : quia eorum plena ſunt atria faſcibus laureatis. Et è Poëtis *Martial. lib. 7. epigr.* 5.

Publica victrices teſtantur gaudia chartæ
Martia laurigera cuſpide tela virent.

Et lib. 10. epigr. 10.

Cum tu laurigeris annum qui faſcibus intras
Mane ſalutator limina mille teras.

Hinc

Hinc *virga laureata* apud *Herodian. lib.* 7. Sequebantur, ait, ipsum (de Gordiano seniore loquitur) principalis pompa omnis, militesque quicunque aderant, junioresque urbani procera statura ad eorum similitudinem, qui Romæ Imperatorem comitantur. Virgæ etiam laureatæ, quo insigni Principes à privatis dignoscuntur. De his virgis laureatis videantur annotationes *Merceri in Alexand. ab Alexandro Gen. dier. lib.* 1. *pag. m.* 211. *edit. Lugd. Batav. in octavo.* Sic *jacula laureata* erant teste *Plutarcho*, qui in *Pompejo* ita tradit rem literis: *Tabellarios* literas è Ponto ad Pompejum offerentes de morte Mithridatis habuisse jaculorum cuspides lauri frondibus coronatas.

§. 3. Hi itaque Imperatores missis literis laureatis petebant Triumphum extra urbem. Triumphaturo enim nemini urbem ingredi licebat, sed Imperatori, qui incolumi exercitu Romam reversus erat, plerumque intra *Bellonæ* ædem in campo Martio Senatus dabatur, cui res à se gestas exponebat, & ut Triumphanti sibi in urbem invehi liceret, petebat. Nam qui legitimo hostium, numero cæso, insignem aliquam

victoriam adeptus erat Imperator, Senatu extra urbem dato, postquam de rebus a se gestis disseruerat petebat à patribus, UT OB REM BENE GESTAM DIIS IMMORTALIBUS HONOREM HABERI JUBERENT, ET UT SIBI TRIUMPHANTI INGREDI VICTOREMQUE EXERCITUM DEPORTARE LICERET. *Liv. lib.* 38. In Senatu cum more omnium Imperatorum, expositis rebus à se gestis, postulassent, UT PRO REPUB. FORTITER FELICITERQUE ADMINISTRATA, ET DIIS IMMORTALIBUS HABERETUR HONOS, ET IPSIS TRIUMPHANTIBUS URBEM INIRE LICERET: Si verò EA QUÆ POSTULARENT, DECERNERE *Patres*, MERITO DEORUM PRIMUM DEIN SECUNDUM DEOS, CONSULUM, responderunt. Idem *lib.* 38 Cn. Manlius Proconsul Romam venit: cui cum à Serv. Sulpitio Præt. Senatus ad ædem Bellonæ datus esset: & ipse commemoratis rebus à se gestis postulasset, UT OB EAS DIIS IMMORTALIBUS HONOR HABERETUR, SIBIQUE TRIUMPHANTI UR-

URBEM INVEHI LICERET. Et mox: Merito ergo à vobis PROSPERE BELLO GESTO TRIUMPHUM PETENS. Item aliàs eodem libro: In ea civitate, quæ ideò omnibus rebus incipiendis gerendisque Deos adhibet, quia nullius calumniæ ſubjcit ea quæ dii comprobaverunt: & in ſolennibus verbis habet, cum ſupplicationem aut triumphum decernit, QUOD BENE AC FELICITER REMPUB. ADMINISTRARIT. Item *lib.* 39. M. Fulvius Proconſul ex Ætolia rediit: isque ad ædem Apollinis in Senatu cum de rebus in Ætolia Cepaleniaque ab ſe geſtis diſſeruiſſet, petiit à Patribus, UT ÆQUUM CENSERENT OB REMPUB. BENE AC FELICITER GESTAM, ET DIIS IMMORTALIBUS HONOREM HABERI JUBERE, ET SIBI TRIUMPHUM DECERNERE. Idem *lib.* 31. Per idem tempus L. *Cornelius Lentulus* Proconſul ex Hiſpania rediit, qui cum in Senatu, res ab ſe per multos annos fortiter feliciterque geſtas expoſuiſſet, poſtulaſſetque UT TRIUMPHANTI SIBI INVEHI LICERET IN URBEM, res triumpho dignas eſſe cenſebat Senatus. Et *lib.* 36.

de P. Cornel. Cof. nec non *lib.* 40. Petierunt à Senatu, UT OB RES PROSPERE GESTAS DIIS IMMORTALIBUS HONOS HABERETUR. DEINDE UT FULVIO DECEDENTI DE PROVINCIA DEPORTARE INDE EXERCITUM, CUJUS FORTI OPERA ET IPSE ET MULTI ANTE EUM PRÆTORES USI ESSENT, LICERET. conf. *Barnab. Briſſon. lib.* 2. *de formul. pag. m.* 208. *edit. Mogunt.* 1649.

§. 4. Notatu dignum eſt, quod *Alexander ab Alexandto lib.* 6. *genial. dier. pag. m.* 476. *edit. Lugdun. Batav.* adducit: *Inq; ædem Bellonæ extra urbem Senatu evocato* &c. ubi obſervandum, quod Triumphaturus in æde Bellonæ res bene geſtas exponere debuerit. Satis igitur conſtat ædem hanc Bellonæ extra urbem fuiſſe. Huic enim quaſi Duellonæ ac Deæ bellorum *Appius Claudius* Ædem exſtrüxit, quam *Petrus Victor* ait, *eſſe verſus portam Carmentalem. Livius dec.* 1. *lib.* 10. Dicitur Appius in medio pugnæ diſcrimine ita precatus: Bellona ſi hodie nobis victoriam dicis: aſt ego templum tibi voveo. *Ovid.* 6. *Faſt.*

Hac

Hac ſacrata die Tuſco bellona duello
Dicitur: & latio proſpera ſemper adeſt.
Appius eſt autor: Porro qui pace negata
Multum animo vidit, lumine captus erat.

Idem Ædem ornavit depictis majorum imaginibus. *Plin. lib.35. cap.3.* Suorum clypeos in ſacro, vel publico privatim dicare primus inſtituit *Appius Claudius*, qui Conſul cum *Servilio* fuit anno Urbis CCIX. Poſuit enim in Bellonæ æde majores ſuos, placuitque in excelſo ſpectari, & titulos honorum legi. Verum ſi *Plinii* locum conſideramus, corrigendus videtur, cum *Appius Claudius* & *P. Servilius* non multo poſt exactos Reges ipſoque anno, quo mortuus *Tarquinius* ſuperbus Conſules fuerint; Neque ille *Appius Claudius* Ædem *Bellonæ* voverit, ſed alter, cognomento *Craſſus*, qui fuit Conſul cum *L. Volumnio* anno Urbis CCCCLVII. Inter templum *Bellonæ* & circum brevem fuiſſe aream interjectam conſtat ex *Ovid.* in qua erat Columna bellica. Templum igitur *Bellonæ* brevi area à *Circo Flaminio* diſcretum fuit, & extra urbem, uti *Livius dec. 3. lib. 8. in vit. Scip.* teſtatur: *P. Scipioni* Senatu extra urbem dato in Æde *Bellonæ.* conf. *Tiraquell. annot. ad Alexand.*

ab Alexandr. gen. dier. lib. 6. pag. m. 476. edit. Lugd. Bat. Alexand. donat. Rom. vet. & nov. lib. 1. cap. 11. pag. m. 25, 26. edit. Amstel. 1695. ubi plura.

§. 5. Praeterea instituta Romana demonstrant, quod nullis Imperatoribus triumphaturis urbem ingredi licuerit, qui tamen in Circo fuisse leguntur Flaminio. Meminit harum legum *Plutarchus in vita Pompeji & Caesaris: Non interfuit*, inquit, *Senatui Pompejus.* Imperatores enim exercituum in urbem non ingrediuntur. *Pompejus* autem *Africam & Hispaniam* tunc suis exercitibus tenebat. Asconius. Horum magna pars tabellas laudaverunt, quia aberant; inter quos *Pompejus* quoque: nam quod erat Proconsul, extra urbem morabatur. Ibidem *Plutarch. in vit. Caesar.* Quando autem lex non sinebat ante Triumphum ingredi Civitatem. Idem referens Caesarem è Lusitania rediisse victorem, ut Triumphum simul & consulatum peteret: *quia verò*, inquit, *Triumphum postulantibus extra manere necesse erat: petentibus autem Consulatum praesentes in urbe negotium agere; in hac legum contrarietate (constitutus, petiit à Senatu, ut sui absentis ratio haberetur)*

Quod

Quod cum Impetrare non posset, dimittens Triumphum Cæsar insistere Consulatui, & confestim in urbem ingressus (actionem suscepit.) Meminit & *Dion* ejus legis quæ vetaret Duces urbem inire, ait enim: Qui cum exercitu, urbe profectus, neque fas ei erat intra pomærium intrare, cum ea, quæ ante id fieri instituta majorum jubent, nondum perfecisset. Conf. *Alex. Donat. Rom. vet. & Nov. lib.* 1. *c.* 11. *pag. m.* 26. *edit. Amstel.* 1695.

§. 6. Cùm itaque ædes *Bellonæ* Bellatoribus plerisque potius esset terriculamento & pudori quam oblectamento & honori, si quando ad omnes atque singulas interrogationes, quibus fatigabantur idonea nesciebant dare responsa. Hinc aliquoties Imperator victorque exercitus cum præda ac captivis ante portas stabat, dum alteruter Triumphorum a S. P. Q. R. vel decerneretur vel denegaretur; prout inter cætera innotescit ex *L. Paulo Æmylio*, utpote cui è *Bello Macedonico* reduci tantisper Triumphus, qui duobus aliis erat decretus, fuit negatus, dum corporis cicatrices aliaque vulnera pro Reipubl. salute excepta ostenderet. Denegabatur quoque Triumphus Navalis

Q. Valerio Falconi Prætori, qui bello Punico primo insignem Pænorum classem circa Siciliam deleverat victor; sed *D. Lutatio* Consuli, qui prælii tempore in lectica claudus jacuerat decernebatur & obducebatur: In Triumphi honore minorem Prætoris potestatem non esse æquandam majori Consulis, cujus auspiciis esset prælium initum & finitum. Leges quoque Triumphales pro *aucto* quidem *Imperio*, non verò pro recuperatis Romanorum rebus Triumphos decernebant. Hinc non pauci victores repulsam in æde salutis tulerunt, etiamsi editis operibus magnifici reduces evaserunt. Amplissimus enim erat ordo *Juris Triumphalis* observantissimus, usq; adeò uti nequicquam postulati Triumphi compos evaserit *L. Fulvius*, qui *Capuam* receperat, neque *L. Opimius* qui *Fregellanos* ad deditionem compulerat, neque *M. Marcellus* ob captas *Syracusas*; neque *P. Scipio* ob Hispanias recuperatas. Quid? quod *Scipionem* & *Marcellum* quoque sic interpellabant. Vos ad tantas res gerendas quidem cum imperio, sed sine ullo missi estis Magistratu. Sic etiam constat olim invaluisse consuetudinem, ut, quamvis quis res præclarissimas

Reip.

Reipubl. utilissimas in *Bello Civili* feliciter gessisset, *Imperator* tamen eo nomine ab exercitu appellatus non sit, neque ullas ipsi supplicationes, neque triumphatum Senatus decreverit. Quippe ejusmodi victoriæ quidem Urbi pernecessariæ, sed interea loci magis occultandæ quàm ostentandæ, utpote quæ non externo, sed intestino partæ fuissent sanguine. Hinc quoque triumphare non affectavit *Q. Catulus* de *M. Lepido* collega cum omnibus copiis seditiosis extincto; neque *C. Antonius* de *L. Catilina* cæso; neque *L. Sulla* de *C. Mario*, *L. Cinna*, *C. Carbone* & *L. Norbano*. Consimilem æmulantes morem triumphare noluerunt *C. Cæsar* Dictator de *Cn. Pompejo* ex pugna Pharsalica, *Octavius* & *Antonius* de *Bruto* & *Cassio*, Augustus ipse de *M. Antonio*, *Vitellius* de *Othone*, *Vespasianus* de *Vitellio* & qui alii, quorum in historiis mentio fit.

§. 7. Postquam autem Triumphaturi omnes ceremonias observassent, & Senatus victoriam triumpho dignam judicasset, decernebatur, ut scil. ludi ad certos dies instituerentur & grates diis dicantur, uti ex *Livio lib.* 42. constat. Decrevit, ait Senatus, UT C. POPILIUS COS. LUDOS PER

DECEM DIES JOVI OPT. MAX. VOVERET, DONAQ. CIRCA OMNIA PULVINANIA DARI. Decernebatur nonnunquam ut Ludi sumptu publico fierent teste *Livio lib.* 30. de qua rè *Barnab. Brisson. de antip. Formul. lib.* 2. *pag. m.* 209. *edit. Mog.* Ita rebus in Ætolia prospere gestis supplicatio in triduum decreta est, & ut quadraginta hostiis majoribus Prætor, quibus diis ei videretur sacrificaret. *Liv. lib.* 35. similiter *lib.* 37. Victoriæ navalis ergo in unum diem supplicationem decretam esse refert. Idem *lib.* 31. Non homines tantum ea victoria lætatos, sed diis quoque immortalibus per triduum supplicationes habitas, quod benè ac feliciter Respubl. à L. Furio Prætore gesta esset. His igitur peractis licentia triumphaturo dabatur ingrediendi cum pompa in urbem.

CAPUT X.

DE

Convocatione exercitus & distributione Congiariorum.

§. 1.

DEcreto à Senatu Triumphi die, Imperator triumphali habitu amictus, armil-

armillis ſumptis, laurea redimitus & ramum lauri milites ad concionem convocabat, ubi militibus & publicè & privatim laudatis, pecuniam donabat & ornamenta, ut armillas, torques, haſtas puras id eſt ſine ferro, coronas, aliis aureas, aliis argenteas, expreſſo in his & nomine & hominis præclare geſtis, uti figuram hanc elegantiſſime expreſſit *Jacobus Laurus in libr. de antiqua Urbis ſplendore edit. Rom.* 1612. *pag. m.* 13. Hoc modo amictus Imperator Exercitum convocabat, tribunal aut ſuggeſtum conſcendens, laudibus deprædicabat & gratias agebat, uti *Salluſt. Jugur. Tacitus lib.* 2. *Annal. Liv. lib.* 7. teſtantur; etiam nominatim, ſi quorum ſingularem in prælio virtutem animadverterant, teſtem habeo *Plutarchum in Coriolano, Liv. lib.* 10. extremo, *Ammian. lib.* 24. Laudibus enim non minus quam præmiis animi militum gaudent, ut ſcribit *Livius lib.* 2. Sæpe tamen non ſufficit laudaſſe; prædicationi enim adjungebant varia dona. Quod ad præmia attinet, cæſis fugatisque hoſtibus, qui fortiter & egregie pugnaverant ab Imperatore pro concione laudibus & donis militaribus ornari conſueverant. *Liv.* 3. Luce orta,

vocatis classio ad concilium Militibus ad Tribunos cum & rectè & perperam facto pretium deberetur, *Manlius* primum OB VIRTUTEM LAUDATUS, DONATUSQUE, non à Tribunis solùm militum, sed consensu etiam militari. Et *lib*.7. Et PRO CONCIONE Dictator LAUDIBUS legati militumque, quorum virtute castra defensa erant, simul audientibus laudes meritas tollit animos, simul cæteros ad æmulandas virtutes acuit. *Ovid. lib*.2. *de Ponto. Eleg*.1. Atq; ita victorem cum magnæ vocis honore

Bellica LAUDATIS ARMA DEDISSE VIRIS.

TEMPORA MURALI CINCTUS TURRITA CORONA.

Cic. lib.5 *in Verr*. ANULO EST AUREO scriba donatus, & ad eam donationem concio est advocata. Et de *opt. gen. Orat*. *Livius lib*.24. de Volonibus: Postero die, ait, Tribunum militum inde deducti, concione militum advocata à Graccho, superveniunt. Ubi cum Proconsul veteres milites primum, prout cujusque virtus, atque opera in ea pugna fuerat, MILITARIBUS DONIS DONASSET tunc quod ad *Volones* attineret, omnes, ait, MALE LAUDATOS A SE, DIGNOS

DIGNOS INDIGNOSQUE, QUAM QUEMQUAM EO DIE CASTIGATUM ESSE. QUOD BONUM, FAUSTUM, FELIXQUE REIPUBLICÆ IPSISQUE ESSET, OMNES EOS LIBEROS JUBERE. vid. *Barnab. Briss. de form. lib.4. pag. m. 350. edit. Mogunt.* 1649.

§. 2. Dona hæc militaria *congiarium* dicebatur, uti *Alexander ab Alexandro genial. lib.5. pag. m. 324. edit. Lugd. Bat.* affirmat. Siquidem, inquit, Imperatoris munus, quod populo dabatur, *congiarium* dictum est, quod verò militibus *donativum*. Quibus consentit *Tacit. lib.* 12. Additum nomine ejus donativum militi, congiarium plebeis. *Plinius* Junior in Panegyrico laudat Trajanum, quod congiarium populo dedisset, quo locupletatæ sunt tribus cum donativum accepissent milites. *Senec. lib.4. de benefic.* Congiarium, inquit, munus est Imperatorium, quo donabatur populus, sicut donativo milites. Et ut autor est *Quint. lib.6. c.4. de risu.* Congiarium commune est liberalitatis atque mensuræ. *Thomas de S. Quercu* ita describit: Congiarium *a dole liberal gift to the people, be it mony or victuals, a largess of corn, Wine, mony, or other things, Which*

Which the Roman Emperors especially at their entring upon their government, used to deal out among the people: a dole given to any one. Ex his satis superque constat congiaria duplicia fuisse: alia quæ militibus data, alia quæ populo; hæc quæ populo data congiaria, illa quæ militibus *donaria* vocabantur, id quod ex iis locis patet, quæ subjiciam. Lampridius in Alexandri Cæsaris historia: Conciones in urbe multas habuit, more veterum Tribunorum & Consulum. Congiarium populo dedit, donativum militibus, ter carnem populo addidit. Quo alludit *Capitolinus* : Congiarium populo dedit, donativum militibus. Ex his ergo locis patet, donativum proprie fuisse donum militare, militibus datum vel post victoriam, vel cum aliquis crearetur Augustus, pecunia scil. quæ ultra stipendium, quo magis essent addicti, adjiciebatur. Congiarium autem propriè dictum illud, quod populo easdem ob causas dabatur, sive essent liquores sive pecunia. Deductum videtur nomen à *congio*, quo pecunia mensurari & in populum distribui spargique consueverant. Unde *Fabius Max.* perstringens Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur,

bantur, utilitatem, seminarium dixit esse, alludens ad alterum mensuræ genus. Ac primo quidem hujusmodi congiaria in magistratuum inauguratione dari fuisse solita, ex his testimoniis patet. *Liv. lib. 5. dec. 3.* Ædilitia, inquit, largitio hæc fuit, ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti, & diem unum instaurati, & congii olei in vicos singulos dati. Hæc videtur congiariorum origo. Idem *lib. 7. dec. 4.* Cum multi & clari viri censuram petiissent, dixit in *M. Acilium* Glabrionem, qui Antiochum ad Thermopylas, Ætolosque vicerat, quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat, favorem populi se inclinasse. Sic *Heliogabalus Herodiano teste lib. 5.* diviso congiario in populum, ut mos est imperium suscipientibus spectacula edidit magnificentissima. *Septimius Severus* eodem teste *lib. 3.* initio Imperii peractis in templo Jovis omnibus sacrificiis reversus in palatium, magno congiario populum Romanum Vidforiæ nomine prosecutus est, & nummos militibus largitus. *Caligula* teste *Suetonio* in consulatu suo congiarium populo bis dedit tricenos sestertios præter epulum abun-

abundantiſſimum. Deinde etiam ad Imperatores Exercitus pervenit, ut pa... victoria *congiaria* diſtribuerint, quorum multa exempla reperiuntur. vid. de ... *Laz. lib.* 4. *c.* 9.

§. 4. Inter hæc donaria etiam *congiaria* referuntur *Armillæ*, uti fragmentum Inſcriptionis cujusdam demonſtrat:

DONIS DONATO AB DIVO
TRAJANO. AUG.
TORQUBIUS. ARMILLIS
PHALERIS. BELLO PARTHICO.

Armillæ olim communes Regibus & Nobilibus communes erant teſte *Thom. Barthol. de armill. veter. pag. m.* 72, 73, 74. *edit. Amſtel.* 1676. Ab his ad milites donaria tranſiêre, geſtarum fortiter rerum monumenta. *Flor. lib.* 1. *c.* 1. Sabinis proditæ portæ per virginem: nec dolo, ſed puella pretium rei, quæ gerebant in ſiniſtris, petierat, dubium clypeos an armillas. Conſentit *Flav. Vopiſc. in D. Aureliano*, de eodem in epiſtola militari ad vicarium: Arma terſa ſint, ferramenta ſamiata, calceamenta fortia Veſtis nova, veſtem veterem excludat. Stipendium in bal-

baltheo non in popina habeat. Torquem, brachialem & annulum apponat. Sic quippe legendum rectè censet Cl. *Salmasius*, ut Aureliani mens sit milites torquem & brachialem & annulum habere & gerere. Nam apponere annulum est induere, quemadmodum ponere vestem pro induere *Tertulliani* de pallio frequentata dictio. Aliqua tamen differentia *Armillæ* dabantur. Non exteris, sed civibus *Plin. lib.* 33. *cap.* 3. Auxiliares & externos torquibus aureis donavere, at cives non nisi argenteis. Præterque armillas civibus dedere, quas non habent, externi. Quod ex *Plinio* hauserat absque dubio *Alexander ab Alexandro lib.* 4. *Genial. dier. cap.* 18. Equitibus familiares in inscriptione Matellica apud *Smetium pag.* 52. qui eam à *Nic. Florentino* habuerat:

C. ARRIO. C. F. COR. CLEMENTI MIL. IX. COH.
PR. EQUITI COH. EJUSDEM DONIS DONAT
AB IMP. HADR. TORQUIBUS ARMILLIS PHALERIS
OB BELLUM DACICUM SINGULARI PRÆF. FR.
TESSERARIO OPTIONI.

Quas

Quas armillas etiam idem à Tr jano obtinuerat in alia apud eundem *Inſcriptione pag.* 27. Numiſio Equiti Romano Veſpaſianus idem contulit donum, ut indicat Inſcriptio *Narniæ*, quam dedit *Onuphrius Panvinius*, & repetiit *Smetius*, ſed alia forma *Gruterus*.

D. M.
C. NVMISIO. C. F. SCAPT.
NVMMEIO
NAVILIANO
SENIORI
EQ. ROM. OMNIBVS HONOR.
IN. COL. NAR. PERFVNCTO
DONATO AB. IMP. CÆSARE
T. VESPAS. AVG. TORQ.
ET ARMILLIS II. ET HAST.
PVR. II. ET COR. VAL. II.
C. NVMISIVS C. F. SEMPRO-
NIVS DECVR. III.
COL. NAR.
D. D.

Sic *armillæ* virtutis militum præmia fuerunt. Non enim alio animo militibus ex bello feliciter reverſis diſtributa armorum brachiorumque ornamenta, quorum ope for-

fortiter res gesserant, quam ut hæc virtutis præmia se iisdem meruisse brachiis recordarentur. Quo *Isidor.* pertraho *lib.* 19. *Origin. c.* 31. Armillæ propriè Virorum sunt collatæ victoriæ causa militibus ob armorum virtutem. Ut & *Polybium de Milit. Rom.* Imperator ei qui hostem percusserit hastam donat, qui verò dejecerit & spoliaverit, pediti quidem phialam, equiti phaleras. Pro φιάλην *Lipsius* legit φάλιον *armillam.* Illi accedit *G. Gualtherus Anim. ad Tab. Sicil. CCCC.* Nam *phialæ* non nisi semel in *Vopisco* inter castrensia præmia numeratæ, armillæ centies. *Artaxerxes* quippe referente *Plutarcho in ejus vita*, interfectum à se *Cyrum* volens, variis belli ducibus dona misit, ea lege & conditione, ne ad alios laus facinoris deveniret. Fuerunt autem illa dona *vestis elegans, torques & armillæ, acinaces pretiosior.* Ita bello Samnitico finito ob invictam fortitudinem, ut testatur *Livius lib.* 10. L. Papyrius Sp. Papyrium fratris filium & quatuor Centuriones manipulumque hastatorum, armillis, aureisque coronis donavit. L. Siccius Dentatus Tribunus Plebis strenuus bellator apud *Agellium lib.* 11. *Noct.* *Attic.*



Attic. lib. 11. pugnasse in hostem dicitur centum & XX. præliis; cicatricem aversam nullam, adversas quinque & XL. tulisse; coronis esse donatus aureis octo, obsidionali una, muralibus tribus, civicis XIV. torquibus tribus & LXXX armillis plus centum LX. de quo vetus lapis:

IDEM SPOLIA CEPIT
XXXIV. DONATUS HASTIS PURIS IIXX. PHALERIS XXV.
TORQUIBUS III. ET LXX. ARMILLIS
CLX. CORONIS. XXXV. CIVICIS XIII.
AUREIS VIII. MURALIBUS III.
OBSIDIONALI. I. FISCO AERIS X:
CAPTIVIS XX. IMPERATORES VII.
IPSIUS MAXIME OPERA TRIUMPHANTES SECUTUS.

Alia de *M. Aurelio* ad columnam *Trajani* Romæ visitur:

M. AURELIUS M. F.
CELSUS
PR. LEG. II. AUG. C.
OMNIB.

OMNIB. EXPEDIT. ET HONORIB.
PERFUNCTO DONIS DONATUS
AB IMP. CÆS. AUG.
BELL. ACT. SICIL. ET HISP.
TORQ. ARMILL. ET PHAL.
III. — — — — — —
L. AURELIUS CELSUS
EQ. SING. AUG.
PATRIB. M. P.
MIL. ANN. XVI. VI. ANN.
XXXI. M. VI. D. M.

Calbei dictæ hæ donativæ *armillæ*, ut observat *Festus*: Calbeos armillas dicebant, quibus triumphantes utebantur & quidem ob virtutem milites donabantur. conf. *Thom. de Quercu* in voce *Calbæ*. Formulam doni hujus militaris inter alias interseruit *lib.* 4. *Barnab. Brisson* ex *Valerio* mutuatam *lib.* 8. *cap.* 14. Fuitque hæc: IMPERATOR TE ARMILLIS DONAT.

§. 3. Torques inter dona primum obtinebat locum. Et torques dare, nisi Principi aut Regi usitatum apud veteres fuisse puto nemini, gestare profecto nemini, nisi qui à Principe obtinuisset, saltē apud Persas. Hinc istæ Regum Persicorum pollicitationes passim in S. literis de torquibus, & verba *Tertulliani*, torques apud Persas, Ægyptios, Babylonios

præ-

prætextæ, vel trabeæ vel palmatæ vel coronæ comparantis, quæ comparatio esset nulla, gestare, vel gestandas donare omnibus promiscuum fuisset. Apud Romanos certe Cæsares dabant. Testis *Hirtius* de *Julio cap. 26. Bell. Hispan.* Cæsar ob virtutem turmæ Cassianæ præfecto donavit torques aureos duos: de *Augusto Suetonius*: Dona militaria aliquanto facilius phaleres & torques, quicquid auro argentoque constaret quam vallares & murales coronas, quæ honore præcellerent dabat. De *Tiberio, Claudio, Vespasiano, Trajano, Hadriano* extant inscriptiones plurimæ in amplissimo earum opere à *Grutero* concinnato. Quarum quasdam adducemus:

Q. ALBIO Q. F. HOR. ILLICI
LEG. XX. V. V.
CORNICULARIO. PR. PR. DONIS DONATO
AB DIVO TRAJANO. AUG.
TORQUIBUS, ARMILLIS
PHALERIS BELLO PARTHICO

C. NUMISIO C. F. SCARPT. NUMMERIO
NAVILIANO SENIORI
EQV. ROMANO &c.
DONATO AB IMP. CÆSAR. T. VESP.
AUG. TORQ. ET ARMILLIS.

Libe-

Liberis verò adhuc reipublicæ temporibus jus torquis dandæ fuit apud summos belli Duces. Quo respectu *Seneca lib.* 1 *de Benef. c.* 5. Imperator aliquem torquibus, murali & civica donat. Sed sub *Tiberio* quandoque concessum per imaginem quandam libertatis *Tacit.* 3. *Annal. cap.* 21. Rursus Helvius gregarius miles, donatus est ab Apronio torquibus & hasta. Cæsar addidit civicam coronam, quod non eam quoque Apronius jure Proconsulis tribuisset, questus magis quàm offensus. Dati autem torques sicut dona cætera in concione præmissa laudatione solenni. *Vopiscus* expresse de *Probo*, Publicè in concione donatus est armillis aureis duabus, torque aureo uno. Quod si Imperator meritum alicujus ignoraret, aut dissimulare vellet, etiam petitas existimo ab iis, qui se dignos eo præmio reputarent; idque formula solenni IMPERATOR, TORQUE ME DONA. Intelligimus ex verbis *Fabii lib.* 6. *cap.* 4. Eluditur ridiculum ridiculo, ut D. Augustus, cum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent & Dolabella per jocum tentans tamen joci sui eventum dixisset: *Imperator torque me dona*, *Malo te*, inquit, *civi-*

ea donare. Porrò qui sic torque donatus esset ab Imperatore, is gerendæ torquis jus habebat. Sic teste *Ambrosio in Instit. Virg. c.* 14. Romani strenuis torques dabant: *Victores*, inquit, *solent secularium præliorum, strenuorum virorum donatis torquibus honorare cervices.* Unde inter solemnia præmia, quibus apud eos honoratur virtus apud *Tacitum Annal. lib.* 2. *c.* 9. Flavius torquem memorat. *Aucta stipendia torquem & coronam, aliaque militaria dona. Sueton. in August.* dona militaria aliquando facilius phaleras & torques dabat. Extat quoque pulchra apud Gruterum inscriptio, quæ torquem virutis causâ datam expresse confirmat.

M. LICINIO. MUCIANO. . . .
. . DONIS DONATO . . . OB VIR
TUTEM ET FORTITUDINEM
BELLO DACICO. AB. IMP. TRAJANO
CORONA VICTRICI PURA HASTA
TORQUIBUS ARMILLIS.
PHALERIS

Pertinebant autem ad omnes, qui se fortiter gessissent in prælio extra ordinem & peculiari se ostentassent virtute. Ita legimus de pedite apud *Tacit. Annal.* 3. *cap.* 21. Rufus Helvius gregarius miles, donatus est ab A-

pro-

pronio torquibus & hasta. In Inscriptione veteri apud *Gruter. pag.* 1096.

L. LEPIDIO. L. F. AN.
PROCULO
MIL. LEG. V. MACEDON.
DONIS DONATO. AB. IMP.
VESPASIANO. AUG.
BELLO JUDAICO TORQUIB.

Peditem fuisse necesse est, quia erat Legionarius, non enim Legio, nisi peditum. De equite testimonium est in alia Inscriptione apud *Smetium pag.* 52.

C. ARRIO C. F. COR. CLEMENTI.
MIL. IX. COH. PR
EQUITI COH. EJUSDEM DONIS.
DONAT. AB. IMP. HAD.
TORQUIBUS. ARMILLIS. PHALERIS OB. BEL. DACICUM.

Nec Milites solùm, sed & præfecti eorum ita honorati. De Tribuno Probo Vopiscus Bello Sarmatico jam tribunus cum multa fortiter fecisset, publice in concione donatus est armillis aureis duabus, torque aureo uno. De *Claudiano*, tribuno adhuc legionis Quintæ Pollio ex literis Valeriani, ad Procuratorem Syriæ : *Huic salarium dabis*

torquem liberalem unum, Cassidem inauratam unam &c. De Præfecto turmæ Equestris *Hirtius de bell. Hisp. cap. 26.* Cæsar ob virtutem turmæ Cassianæ Præfecto donavit torques aureos duos. Meminit etiam *Vegetius lib. 2. c. 7.* ubi à torquibus illis cognomentum meruisse ac TORQUATOS dictos esse ostendit. *Torquati*, ait: *duplares*, torquati simplares, quibus torques aureus solidus virtutis præmium fuit; quem si meruisset, præter laudem interdum duplices consequebatur annonas: duplares duas, simplares unam. Conf. *Godeschal. Stewech. comment. in h. l. pag. m. 140. edit. Vesal.* 1670. Peccat *Pierius*, quando ex hoc ipso *Vegetii* loco scribit *lib. 41. Hierogl. cap. 31.* Torquem aureum solidæ virtutis præmium fuisse traditum à Vegetio, quem qui meruisset, præter laudem duplas consequebatur annonas. Non perpetuum hoc fuit, sed in melioribus tantum observatum. Igitur nec in Inscriptionibus antiquis, ubi torquium, ibi statim mētio fiat duplicis annonæ. Imò in unica tantum observatur apud *Grater*.

C.

C. ANTONIO. C. F. FLAVINO VI.
VIRO JUN.
HAST. LEG. II. AUG. TORQ.
AUR. ET AN. DUPL. OBVIRT.
DONATO.

Deinde etiam peccat, quod virtutis solidæ hoc asserat fuisse præmium. Nec enim de virtute solida, sed torque aureo solido sermo apud *Vegetium* est. Porrò torquibus viros bello strenuos donandi consvetudo apud Germanos valuit, qui strenuos torquibus ornare solebant, hodie Ritter vocamus, ubi fusius tractat rem *Scheffer in tract. de antiq. Torquib. edit. Helm.* 1656. *p. m.* 42.

§. 5. Addebantur his *Phaleræ*, testes hujus sunt *Sveton. in Augusto, cap.* 25, *pag. m.* 122. *edit. Argent.* 1654. *Juven. & Solin. cap.* 6. *Godesc. Stewech ad lib.* 2. *Veget. de re milit. pag.* 143. *Cal. Rhodigin. Lect. antiq. fol. m.* 353. *edit. Francof.* 1666. scribit Phaleras frontis equinæ ornamenta esse; Id quod confirmat *Guido Panciroll. pag. m.*146. & 463. *edit. Amberg.* 1607. ita scribens: Habebant & phaleras, quæ vel scuta erant minora, vel rosæ aureæ, quibus tam in fronte, quàm aliis corporis

E 2 par-

partibus equi adornabantur. Eædemque adeò venustæ erant, ut verbum hoc etiam ad orationes elegantes, quas phaleratas dicebant, fuerit translatum. vid. *Caspar. Barthi adversar. lib.* 24. *cap.* 3. *fol.* 1176. Idem asserit *Anthon. Thys. in annot. ad Crisp. Salust. bell. Jugurth. pag. m.* 351. *edit. Lugd. Bat.* 1649. Proprie autem *Phaleræ* ornamenta equorum φάλεϱα Græci dixerunt, atque *Etymolog. magn.* in fronte & buccis equorum ornatum esse dixit. *Phaleræ* autem à torquibus distinctæ erant: illæ demissæ ad pectus pendebant, hæ stringebant magis, & ambibant ipsum collum. Torques erant rotundæ ac tortæ, *phaleræ* claviculos tantùm aureos habebant. In quo & differebant à cæteris segmentis & monilibus, cum hæc ipsa vel ex solido essent auro, vel id alia effigie, in funiculo aut fascia haberent dispositum. *Phalera* & φαλεϱὸς est à φαλὸς, quod est à φαῶ & propter splendorem ita dicitur. Unde conjicio *Phaleras* nihil aliud fuisse, quam cingula quædam claviculis aureis velut bullis ornata. Ita sanè pictæ reperiuntur phaleræ equorum in notitia Imperii & *Panciroll.* Ad insignia Viri III. præf. Prætor per Illy-

Illyricum refert. *In impresso pro fasciis aureæ phaleræ cernuntur, hæ sunt ovales orbiculi & auro distinctalora.* In M. S. teste *Scheffero*, purpureæ tæniæ dorsa ac pectora collaque equorum complectuntur. Quemadmodum ergo qui phaleris hujusmodi ornati, ita ipsi quoque equites. Hinc fulgere dicuntur *Silio lib.* 15.

——— *phaleris hic pectora fulget.*

§. 6. Addebantur etiam *hastæ puræ*, quæ erant sine ferro. Testis hujus rei est *textus* in voce *hasta*: ita etiam *Alexander ab Alexandro genial. dier. lib.* 4. *pag. m.* 1126. *edit. Lugd. Batav.* ubi *Colerus* in notis has vocat *Donaticas*, quas puras esse oppotebat i.e. sine ferro, teste *Virgil.* 6. *Æneid.*— *pura Juvenis qui mittitur hasta.* Ad quæ verba *Servius* notat, quod illa sit ferro vacua, nuncia scil. non belli sed pacis: conf. *Antiq. Rom. Rosin. lib.* 10. *p. m.* 1641. *edit. Col.* vid. *etiam pag.* 1616. Item *vexilla.* Octavianus M. Agrippam in Cicilia post navalem victoriam cæruleo vexillo donavit *Suetonio* teste. Eadem de re etiam lapidis veteres meminerunt.

DONATO HASTIS PURIS V. VEXILLIS VIII. CORONIS MURALIBUS II. VALLARIBUS II.

Item *Corniculi* equitibus dati sunt teste *Liv. lib.* 10. Item *Vestes* Livio *teste lib.* 10. inter vestimenta hæc militaria referebantur *ocreæ, braccæ & calciamenta. vid. Godeschal. Stewech. ad lib. 2. Veget. de re militar. pag.* 144.

§. 7. Distribuebant autem imprimis coronas: quas varias fuisse scimus ex *Ciceronis Verrinis, Tertulliano de coron. milit. Liv. lib.* 7. *Polybii lib.* 6. *Zonar. lib.* 2. *Sueton. Calig. cap.* 45. *Plin. lib.* 7. *cap.* 28. *& lib.* 22. *c.* 3. De iis agit Aul. Gell. lib. 5. c. 6. pag. m. 113, 114. *edit. Col.* 1526. Militares inquit, coronæ multifariæ sunt, quarum quæ nobilissimæ sunt, has ferme esse accepimus: *triumphalem, obsidionalem, civicam, muralem, castrensem, navalem.* De his in singulari capite fusius tractabitur; Modo hic addimus, quod, quando Imperator congiarium disttribuerit inter elargiendum hæ missæ fuerint voces:

DE NOSTRIS ANNIS TIBI JUPITER AUGEAT ANNOS.

Acclamabant milites FELICITER, FELICI-

LICITER addentes voces præcedentes uti *Barnab. Brisson. de formul. antiq. lib.* 8. *pag. m.* 719. *edit. Mogunt.*

CAP. XI.

De
Donatione Coronarum.

§. 1.

IN præcedente capite adduximus varia dona coronarum quæ Imperator militibus distribuebat, nec non illarum varias species, quare operæ pretium esse duximus, eas coronas hoc capite pertractare. Memoriæ prodidit *Jacob. Laur⁹ de antiquæ urbis splendore edit. Rom.* 1612. *pag.* 15. civicam coronam tantæ æstimationis fuisse, ut ei, teste *Plin.* cæteræ omnes aureæ cederent. Appellabatur autem uti scribit *Agellius* corona civica, quam civis civi, à quo servatus erat prælio testem vitæ, salutisque perceptæ dabat. conf. *Carol. Paschal. lib.* 7. *de coron. pag. m.* 479. *edit. Lugd. Batav.* 1671. Sortita nomen est corona civica duplex, à cive scil. servatore & servato. Hujus coronæ dignitas inde potissimum est, quod illi uni seposita est, qui è manib⁹ hostiũ civẽ Romanũ eripuerit. Itaq;

hæc corona conumeratur inter illa præmiorum genera quæ Græcis erant τὰ σωτήρια mercedes quas dant servati. Nempe uterque erat civis tam is qui civicam dabat quàm is qui accipiebat. Deinde necesse fuit ut eum locum, in quo id esset actum, hostis obtineret eo die, utque servatus fateretur, alias testes nihil proderant. Hæc *Gellius l. 5. c. 6.* satis exponit his verbis è Masurio Sabino sumtis. *Qui*, inquit, *in undecimo librorum memorabilium civicam coronam tum dari solitam dicit, cum is qui civem servaverat, eodem tempore etiam hostem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat. Aliter jus civica corona negat concessum. Tiberium tamen Cæsarem consultum an civicam coronam capere posset, qui civem in prælio servasset, & hostes ibidem duos interfecisset, sed locum in quo pugnabat, non retinuisset, eoque loco hostes positi essent, rescripsisse ait; Eum quoque civica dignum videri, quod appareret è tam iniquo loco civem ab eo servatum, ut etiam à fortiter pugnantibus retineri non quiverit.* Quia igitur hæc corona magnis sudoribus aquirebatur ita etiam Romæ hujus semper ratio habita præcipua, uti *Cassiodor. lib. 2. Var.* asserit. Ita

Plin.

Plin. lib. 16. *cap.* 4. Cedunt his scil. coronis civicis murales vallaresque & aureæ, quanquam pretio præcedentes. Accedit his *Ant. Thylesius in Comment. de Coron.* ubi ait: Pia erat Civica nec ingloria, quâ qui civem, unde nomen nacta est, ab hostibus circumventum magis alterius, quam sui capitis memor, liberasset magnificis verbis pro concione laudatus, à Duce suo laudabatur. De pretio hujus vid. *Paschal. de coronis cit. loc. Nocl. Granzovian. de antiquis triumph. spectatul. edit. Amstel.* 1661. *pag. m.* 187. Hinc in nummis Vespasiani additur OB CIVES SERVATOS. *Ovid. lib.* 3. *Trist. Eleg.* 1. Causa superpositæ scripto testata coronæ.

SERVATOS CIVES indicat HUJUS OPE.

§. 2. Materia hujus civicæ coronæ erat varia; primùm ex *ilice* postea ex *esculo*, postremò è *quercu* conficiebantur. *Plin. lib.* 16. *c.* 4. scribit: Samnitium bellum civica iligna primo fuit; postea magis placuit ex *esculo* Jovi sacra. Variatumq; & cũ quercu est; ac data ubique quæ fuerat, custodito tantum honore glandis. Prisci etenim in danda civica corona distinxerunt *ilicem* ab *esculo* & *esculum* ab ea, quæ proprie *quercus*

Quanquam omnes hæ sunt glandiferæ teste *Plin. lib. 16. c. 13.* Verùm disquiritur, quid ità quercus eò dignitatis evecta sit, ut virtutem tam felicem, tamque memorabilem signarit? Cùm teste *Alexandro ab Alexandro Genial. dier. lib. 4. pap. m. 1120. edit. Lugd. Batav.* civica corona ex fronde querna fuerit *Virg. lib. 6. Æneid.*

Atque umbrata gerunt civili tempora quercu.

Civili id est, *civica*, ut ibi interpretatur *Servius*: qui reddit rationem, quare hæc corona ex quercu fuerit, nempe quia ante vita in hac arbore hominum fuit, qui glandibus vescebantur. vid. *Picinell. lumi riflessi in Scriptur. Sacr. edit. Mediol. 1667. Juvenal. Satyr. 6. Valer. Flacc. Argonaut. Arnob. lib. 2. Plin. lib. 7. Claudian. de rapt. Proserpin. fol. m. 31. 32. Hugon. Robinson. Angl. annal. Mund. lib. 1. fol. m. 61. edit. Londin.* fuse autem de his egit *Carol. Paschal. de coron. lib. 7. cap. 12. pag. m. 490. 491.* Audiamus verba *Plinii de viris illustrib. c. 26.* Ob hoc, inquit, ab exercitu civica corona de quercu, quæ dabatur ei, qui cives in bello servasset, donatus est. *Valer. Maxim. lib. 2. c. 3. in fin.* ubi de *Sylla* meminit. *Plutarch.* ejus

quo-

quoque rei rationem reddens in vita Cariolani & *problemat. c. 92. Gell. dict. lib. 5. c. 6. Lucan.* lib. 1. *Pharsal.*

——Summi tum munera pili

Lælius emeritique gerens insignia doni

Servati civis referentem præmia quercum.

Paschal. lib. 7. de coron. pag. m. 489. rationem hanc reddit, quod hæc frons salutis gratia detur, quod est sacra *Jovi Polieo* h. e. civitatem gubernanti. Plures qui desiderat evolvat citatum autorem.

§. 3. Hanc sequebatur *corona obsidionalis*, quæ triplex sortita est nomen. Nam & obsidionalis & obsidialis eodem significatu dicitur, inde quod à milite dabatur Imperatori, ei qui cives obsidione liberasset. Dicebatur & graminea, quod esset è gramine. Quam omnem rem *Plinius lib.* 22. *c.* 4. ob oculos ponit his verbis: Graminea nunquam nisi in desperatione suprema contigit, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. Cæteras Imperatores dedere. Hanc solam miles Imperatori. Eadem vocatur obsidionalis, libertatis obsidione abominandoque exitio totis castris. Ergo obsidionalis dabatur ab illo Duce, iisque omnibus in

Muralique caput summum cinxère corona
Ex imis munita locis quod sustinet urbes, &c.

Ubi pro *munita* credibile est *Lucretium* scripsisse *mœnita*. Hæc autem Dea est *Rhea*, quæ pingitur, ut super caput ferat coronam turritam uti *Ovidius lib. 6. Fast. Sil. Ital. lib.* 13. affirmant. Forma hujus coronæ erat instar muralium pinnarum teste *Gellio lib. 5. c. 6. Alexand. ab Alexand. lib. 4. gen. dier. pag. m.* 1121. Id quod etiam *Carol. Paschal. lib. 7. de coron. pag.* 464. affirmat, quem vide.

§. 5. Aliud etiam genus coronarum reperiebatur quod vocabant *coronas vallares* & *castrenses*. *Gellius loco cit.* & *Festus Pompejus lib.* 3. scribunt coronam hanc ei dari solitam, qui primus castra hostium pugnando introivit, dicitque *Pompejus* id vallum, quod illius insigne erat, ex auro fuisse, & quod illis addes, ea corona Vallaris dicitur, ut patet ex *Livio* 1. *Dec. lib.* 10. & 3. *Dec. lib.* 10. *Plin. lib. 22. cap. 3.* & *Sveton. in August. cap.* 25. Hinc constat coronas vallares seu castrenses fuisse aureas, etsi primum fuerint frondeæ. *Romulus* scribit *Plin. lib. 16. c. 4.* frondea coronavit *Ho-*

stium

ſtium Hoſtilium, quod Fidenam primus irrupiſſet. Cæterum caſtrenſem & vallarem vix duas fuiſſe puto. Id ut ita ſtatuam, me movet *Valer. Maxim. lib.* 1. *c.* 8. ubi loquitur de caſtris *Lucanorum* & *Brutiorum* expugnatis à C. Fabricio Conſule. Poſtero, inquit, die, cum Conſul inter honorandos, quorum ſtrenua opera erat uſus, vallarem coronam ei ſe ſervare dixiſſet, à quo caſtra erant oppreſſa, nec inveniretur, qui id præmium peteret, &c. Quibus verbis perſpicuum fit, vallarem dari ei, qui caſtra oppreſſiſſet, hoc eſt, vallum conſcendiſſet ac perrupiſſet. vid. de his, *Paſchal. lib.* 7. *c.* 3. *de coron. Tiraquell. in not. ad Alexand. ab Alex. Genial. dier. lib.* 4. *pag. m.* 1121. *Noct. Granzov. de antiq. triumph. ſpectac. pag. mihi* 198.

§. 6. Progredimur ad *coronam triumphalem*, quam *Roſin. in antiquitat. Rom. lib.* 10. *p. m.* 1617. auream vocat, ita ſcribens: Triumphales coronæ aureæ ſunt, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. *Jacob. Laur in Splendor. Urb. antiq.* putat hanc triumphalem coro-

Muralique caput summum cinxêre corona
Ex imis munita locis quod sustinet urbes, &c.

Ubi pro *munita* credibile est *Lucretium* scripsisse *mœnita*. Hæc autem Dea est *Rhea*, quæ pingitur, ut super caput ferat coronam turritam uti *Ovidius lib.* 6. *Fast. Sil. Ital. lib.* 13. affirmant. Forma hujus coronæ erat instar muralium pinnarum teste *Gellio lib.* 5. *c.* 6. *Alexand. ab Alexand. lib.* 4. *gen. dier. pag.m.* 1121. Id quod etiam *Carol. Paschal. lib.* 7. *de coron. pag.* 464. affirmat, quem vide.

§. 5. Aliud etiam genus coronarum reperiebatur quod vocabant *coronas vallares* & *castrenses. Gellius loco cit.* & *Festus Pompejus lib.* 3. scribunt coronam hanc ei dari solitam, qui primus castra hostium pugnando introivit, dicitque *Pompejus* id vallum, quod illius insigne erat, ex auro fuisse, & quod illis addes, ea corona Vallaris dicitur, ut patet ex *Livio* 1. *Dec. lib.* 10. & 3. *Dec. lib.* 10. *Plin. lib.* 22. *cap.* 3. & *Sueton. in August. cap.* 25. Hinc constat coronas vallares seu castrenses fuisse aureas, etsi primum fuerint frondeæ. *Romulus* scribi *Plin. lib.* 16. *c.* 4. frondea coronavit *Ho-*

stium

ſtium Hoſtilium, quod Fidenam primus irrupſiſſet. Cæterum caſtrenſem & vallarem vix duas fuiſſe puto. Id ut ita ſtatuam, me movet *Valer. Maxim. lib.* 1. *c.* 8. ubi loquitur de caſtris *Lucanorum* & *Brutiorum* expugnatis à C. Fabricio Conſule. Poſtero, inquit, die, cum Conſul inter honorandos, quorum ſtrenua opera erat uſus, vallarem coronam ei ſe ſervare dixiſſet, à quo caſtra erant oppreſſa, nec inveniretur, qui id præmium peteret, &c. Quibus verbis perſpicuum fit, vallarem dari ei, qui caſtra oppreſſiſſet, hoc eſt, vallum conſcendiſſet ac perrupiſſet. vid. de his, *Paſchal. lib.* 7. *c.* 3. *de coron. Tiraquell. in not. ad Alexand. ab Alex. Genial. dier. lib.* 4. *pag. m.* 1121. *Noct. Granzov. de antiq. triumph. ſpectac. pag. mihi* 198.

§. 6. Progredimur ad *coronam triumphalem*, quam *Roſin. in antiquitat. Rom. lib.* 10. *p. m.* 1617. auream vocat, ita ſcribens: Triumphales coronæ aureæ ſunt, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. *Jacob. Laur in Splendor. Urb. antiq.* putat hanc triumphalem coro-

Muralique caput summum cinxêre corona
Ex imis munita locis quod sustinet urbes, &c.

Ubi pro *munita* credibile est *Lucretium* scripsisse *mœnita*. Hæc autem Dea est *Rhea*, quæ pingitur, ut super caput ferat coronam turritam uti *Ovidius lib. 6. Fast. Sil. Ital. lib.* 13. affirmant. Forma hujus coronæ erat instar muralium pinnarum teste *Gellio lib.* 5. *c.* 6. *Alexand. ab Alexand. lib.* 4. *gen. dier. pag.m.* 1121. Id quod etiam *Carol. Paschal. lib.* 7. *de coron. pag.* 464. affirmat, quem vide.

§. 5. Aliud etiam genus coronarum reperiebatur quod vocabant *coronas vallares* & *castrenses*. *Gellius loco cit.* & *Festus Pompejus lib.* 3. scribunt coronam hanc ei dari solitam, qui primus castra hostium pugnando introivit, dicitque *Pompejus* id vallum, quod illius insigne erat, ex auro fuisse, & quod illis addes, ea corona Vallaris dicitur, ut patet ex *Livio* 1. *Dec. lib.* 10. & 3. *Dec. lib.* 10. *Plin. lib.* 22. *cap.* 3. & *Sveton. in August. cap.* 25. Hinc constat coronas vallares seu castrenses fuisse aureas, etsi primum fuerint frondeæ. *Romulus* scribit *Plin. lib.* 16. *c.* 4. frondea coronavit *Ho-*

stium

ſtium Hoſtilium, quod Fidenam primus irrupſiſſet. Cæterum caſtrenſem & vallarem vix duas fuiſſe puto. Id ut ita ſtatuam, me movet *Valer. Maxim. lib.* 1. *c.* 8. ubi loquitur de caſtris *Lucanorum* & *Brutiorum* expugnatis à C. Fabricio Conſule. Poſtero, inquit, die, cum Conſul inter honorandos, quorum ſtrenua opera erat uſus, vallarem coronam ei ſe ſervare dixiſſet, à quo caſtra erant oppreſſa, nec inveniretur, qui id præmium peteret, &c. Quibus verbis perſpicuum fit, vallarem dari ei, qui caſtra oppreſſiſſet, hoc eſt, vallum conſcendiſſet ac perrupiſſet. vid. de his, *Paſchal. lib.* 7. *c.* 3. *de coron. Tiraquell. in not. ad Alexand. ab Alex. Genial. dier. lib.* 4. *pag. m.* 1121. *Noct. Granzov. de antiq. triumph. ſpectac. pag. mihi* 198.

§. 6. Progredimur ad *coronam triumphalem*, quam *Roſin. in antiquitat. Rom. lib.* 10. *p. m.* 1617. auream vocat, ita ſcribens: Triumphales coronæ aureæ ſunt, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. *Jacob. Laur in Splendor. Urb. antiq.* putat hanc triumphalem coro-

Muralique caput summum cinxère corona
Ex imis munita locis quod sustinet urbes, &c.

Ubi pro *munita* credibile est *Lucretium* scripsisse *mœnita.* Hæc autem Dea est *Rhea,* quæ pingitur, ut super caput ferat coronam turritam uti *Ovidius lib. 6. Fast. Sil. Ital. lib.* 13. affirmant. Forma hujus coronæ erat instar muralium pinnarum teste *Gellio lib. 5. c. 6. Alexand. ab Alexand. lib. 4. gen. dier. pag. m.* 1121. Id quod etiam *Carol. Paschal. lib. 7. de coron. pag.* 464. affirmat, quem vide.

§. 5. Aliud etiam genus coronarum reperiebatur quod vocabant *coronas vallares* & *castrenses. Gellius loco cit.* & *Festus Pompejus lib. 3.* scribunt coronam hanc ei dari solitam, qui primus castra hostium pugnando introivit, dicitque *Pompejus* id vallum, quod illius insigne erat, ex auro fuisse, & quod illis addes, ea corona Vallaris dicitur, ut patet ex *Livio* 1. *Dec. lib.* 10. & 3. *Dec. lib.* 10. *Plin. lib. 22. cap. 3.* & *Sveton. in August. cap. 25.* Hinc constat coronas vallares seu castrenses fuisse aureas, etsi primum fuerint frondeæ. *Romulus* scribit *Plin. lib. 16. c. 4.* frondea coronavit *Hostium*

ſtium Hoſtilium, quod Fidenam primus irrupſiſſet. Cæterum caſtrenſem & vallarem vix duas fuiſſe puto. Id ut ita ſtatuam, me movet *Valer. Maxim. lib.* 1. *c.* 8. ubi loquitur de caſtris *Lucanorum* & *Brutiorum* expugnatis à C. Fabricio Conſule. Poſtero, inquit, die, cum Conſul inter honorandos, quorum ſtrenua opera erat uſus, vallarem coronam ei ſe ſervare dixiſſet, à quo caſtra erant oppreſſa, nec inveniretur, qui id præmium peteret, &c. Quibus verbis perſpicuum fit, vallarem dari ei, qui caſtra oppreſſiſſet, hoc eſt, vallum conſcendiſſet ac perrupiſſet. vid. de his, *Paſchal. lib.* 7. *c.* 3. *de coron. Tiraquell. in not. ad Alexand. ab Alex. Genial. dier. lib.* 4. *pag. m.* 1121. *Nott. Granzov. de antiq. triumph. ſpectac. pag. mihi* 198.

§. 6. Progredimur ad *coronam triumphalem*, quam *Roſin. in antiquitat. Rom. lib.* 10. *p. m.* 1617. auream vocat, ita ſcribens: Triumphales coronæ aureæ ſunt, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. *Jacob. Laur in Splendor. Urb. antiq.* putat hanc triumphalem coro-

Quanquam omnes hæ ſunt glandiferæ teſte *Plin. lib. 16. c. 13.* Verùm diſquiritur, quid ità quercus eò dignitatis evecta ſit, ut virtutem tam felicem, tamque memorabilem ſignarit? Cùm teſte *Alexandro ab Alexandro Genial. dier. lib. 4. pap. m. 1120. edit. Lugd. Batav.* civica corona ex fronde querna fuerit *Virg. lib. 6. Æneid.*

Atque umbrata gerunt civili tempora quercu.

Civili id eſt, *civica*, ut ibi interpretatur *Servius*: qui reddit rationem, quare hæc corona ex quercu fuerit, nempe quia ante vita in hac arbore hominum fuit, qui glandibus veſcebantur. vid. *Picinell. lumi rifleſſi in Scriptur. Sacr. edit. Mediol. 1667. Juvenal. Satyr. 6. Valer. Flacc. Argonaut. Arnob. lib. 2. Plin. lib. 7. Claudian. de rapt. Proſerpin. fol. m. 31. 32. Hugon. Robinſon. Angl. annal. Mund. lib. 1. fol. m. 61. edit. Londin.* fuſe autem de his egit *Carol. Paſchal. de coron. lib. 7. cap. 12. pag. m. 490. 491.* Audiamus verba *Plinii de viris illuſtrib. c. 26.* Ob hoc, inquit, ab exercitu civica corona de quercu, quæ dabatur ei, qui cives in bello ſervaſſet, donatus eſt. *Valer. Maxim. lib. 2. c. 3. in fin.* ubi de *Sylla* meminit. *Plutarch.* ejus

quo-

quoque rei rationem reddens in vita Cariolani & *problemat.* c. 92. *Gell. dict. lib.* 5. c. 6. *Lucan.* lib. 1. *Pharsal.*

———*Summi tum munera pili*
Lælius emeritique gerens insignia doni
Servati civis referentem præmia quercum.

Paschal. lib. 7. *de coron. pag. m.* 489. rationem hanc reddit, quod hæc frons salutis gratia detur, quod est sacra *Jovi Polieo* h. e. civitatem gubernanti. Plures qui desiderat evolvat citatum autorem.

§. 3. Hanc sequebatur *corona obsidionalis*, quæ triplex sortita est nomen. Nam & obsidionalis & obsidialis eodem significatu dicitur, inde quod à milite dabatur Imperatori, ei qui cives obsidione liberasset. Dicebatur & graminea, quod esset è gramine. Quam omnem rem *Plinius lib.* 12. c. 4. ob oculos ponit his verbis: Graminea nunquam nisi in desperatione suprema contigit, nulli nisi ab universo exercitu servato decreta. Cæteras Imperatores dedere. Hanc solam miles Imperatori. Eadem vocatur obsidionalis, libertatis obsidione abominandoque exitio totis castris. Ergo obsidionalis dabatur ab illo Duce, iisque omnibus in

quos tale tantumque beneficium collatum esset, ut de *Minutio* Consule ejusque exercitu memoriæ traditum. Hic teste *Plin. de vir. illustr. cap.* 17. L. *Quintium Cincinnatum*, à quo ipse & exercitus obsidione liberati fuerant, hac corona donavit. Interdum obsidionalis fuit munus exercitus, cui præesset, aut certè in quo ordine duceret is, qui eam meritus esset, ejusque præsidii, quod obsidione liberatum fuerat, ut constat ex verbis *Plinii lib.* 22. *cap.* 6. qui tradit: *Manlium* Consulem tribus cohortibus servatis, totidemque ad servandas eas eductis, hac corona donatum fuisse. Quanquam autem isthæc corona duntaxat è viridi connectebatur gramine inde decerpto, ubi legiones & phalanges obsessas liberator liberaverat, juxta illud *Gellii lib.* 9. *c.* 6. *Plin. lib.* 22. *cap.* 4. *Ant. Thylesii Consentini comment. de coron.* Illæ tamen præ cæteris præstabilibus præstabilioris existimabantur excellentiæ ac nobilitatis tantæ, ut *Plin. lib.* 16. *c.* 4. ausit prodere: *Graminea corona nulla planè nobilior fuit, gemmata, aurea, vallares, murales, civica, triumphales post hanc fuere.* Donabatur hac olim *P. Decius* Tribunus plebis, posteaquam exercitum, in angustiis Gauri

mon-

montis insidiis hostium Samnitiū clausum, succurrens liberaverat, teste *Aurelio Victore lib. de vir. illust. Urb. Rom. pag.* 61. conf. *Carol. Paschal. lib. 7. de coron, pag. m.* 506. 507. *Rosin. antiquit. Rom. lib.* 10. *pag. m.* 1618. *Thys. in Val. Max. lib.* 1. *pag.* 112.

§. 4. Succedebat *Corona Muralis.* Hanc Imperator proponebat illi, qui murum obsessæ urbis primus ac per vim ascendisset. vid. *Rosin. antiquit. Rom. pag m.* 1618. Illa aurea fuit, quod testatur *Livius lib.* 3. *Dec.* 3. cum dicit: *Postero die omnium animi ad oppugnandum accenduntur, utique posteaquam corona aurea muralis proposita est. Murali corona* donatur *Milo* apud *Silium Italicum lib.* 13. & quidem magna specie ab *Q. Fulvio Proconsule.*

Fulvius ut finem spoliandis ædibus are
Belligero revocante dedit, sublimis ab alto
Suggestis magnis autor non futilis ausis
Lacino generate inquit, quem sospita Juno
Dat nobis, Milo Gradivi cape victor honorem
Tempora murali cinet turrita corona.

Hanc coronam *Lucret. lib.* 2. tribuit magnæ Deûm matri, non quod ipsa capiat urbes, sed quod eas sustinet.

Mura-

Muralique caput summum cinxêre corona
Ex imis munita locis quod sustinet urbes, &c.

Ubi pro *munita* credibile est *Lucretium* scripsisse *mœnita*. Hæc autem Dea est *Rhea*, quæ pingitur, ut super caput ferat coronam turritam uti *Ovidius lib. 6. Fast. Sil. Ital. lib. 13.* affirmant. Forma hujus coronæ erat instar muralium pinnatum teste *Gellio lib. 5. c. 6. Alexand. ab Alexand. lib. 4. gen. dier. pag. m.* 1121. Id quod etiam *Carol. Paschal. lib. 7. de coron. pag.* 464. affirmat, quem vide.

§. 5. Aliud etiam genus coronarum reperiebatur quod vocabant *coronas vallares & castrenses. Gellius loco cit.* & *Festus Pompejus lib. 3.* scribunt coronam hanc ei dari solitam, qui primus castra hostium pugnando introivit, dicitque *Pompejus* id vallum, quod illius insigne erat, ex auro fuisse, & quod illis addes, ea corona Vallaris dicitur, ut patet ex *Livio* 1. *Dec. lib.* 10. & 3. *Dec. lib.* 10. *Plin. lib.* 22. *cap.* 3. & *Sveton. in August. cap.* 25. Hinc constat coronas vallares seu castrenses fuisse aureas, etsi primum fuerint frondeæ. *Romulus* scribit *Plin. lib.* 16. *c.* 4. frondea coronavit *Ho-*

stium

ſtium Hoſtilium, quod Fidenam primus irrupiſſet. Cæterum caſtrenſem & vallarem vix duas fuiſſe puto. Id ut ita ſtatuam, me movet *Valer. Maxim. lib.* 1. *c.* 8. ubi loquitur de caſtris *Lucanorum* & *Brutiorum* expugnatis à C. Fabricio Conſule. Poſtero, inquit, die, cum Conſul inter honorandos, quorum ſtrenua opera erat uſus, vallarem coronam ei ſe ſervare dixiſſet, à quo caſtra erant oppreſſa, nec inveniretur, qui id præmium peteret, &c. Quibus verbis perſpicuum fit, vallarem dari ei, qui caſtra oppreſſiſſet, hoc eſt, vallum conſcendiſſet ac perrupiſſet. vid. de his, *Paſchal. lib.* 7. *c.* 3. *de coron. Tiraquell. in not. ad Alexand. ab Alex. Genial. dier. lib.* 4. *pag. m.* 1121. *Noct. Granzov. de antiq. triumph. ſpectac. pag. mihi* 198.

§. 6. Progredimur ad *coronam triumphalem*, quam *Roſin. in antiquitat. Rom. lib.* 10. *p. m.* 1617. auream vocat, ita ſcribens: Triumphales coronæ aureæ ſunt, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. *Jacob. Laur in Splendor. Urb. antiq.* putat hanc triumphalem

coro-

coronam laureatam fuisse, quod Rosini opinioni contrarium videtur. Verum observandum hîc venit, quod duorum fuerint generum coronæ triumphales. Priorem locum obtinuit ea, quam exercitus Imperatori dabat. Hujus duæ fuerunt species. Una *laurea* quam triumphans capite gestabat. Altera fuit aurea, id est, effigiata in speciem lauri. Alterius generis fuerunt illæ, quas Provinciæ Ductori Exercitus Romani mittebant. At illa aurea proprie dicebatur insignis laurea: quandoque insignis corona triumphalis. Hanc servus publicus eodem quo triumphator curru vectus gestabat super caput ejus. Quod hæc vocaretur insignis, perspicuum est è verbis *Sex. Tullii*, qui nomine Exercitus C. Sulpitium Dictatorem sic alloquitur, teste *Livio lib.* 7. Te, Imperator, milites tui oremus, ut nobis pugnandi copiam facias. Tum vincere cupimus: tum duce te vincere; tibi lauream insignem (videl. & auro & gemmis) deferre: tecum triumphantes urbem inire, &c. Ridicula Festi opinio inde videtur, coronas fuisse dimidiatas, partim ex auro, partim è laurea constantes cum in prisca illa Repub. aureæ fuerint teste *Livio lib.* 3. Quare laureas

rea corona quam triumphans capite gestabat distinguenda est ab illa aurea. De quibus videatur laudatus *Paschal. pag. 525. lib. 8. de coron.*

CAPUT XII.

De *Sacrificio militari ad portam Vrbis à Triumphaturo offerri solito Diis, ejusdemque ceremoniis.*

§. 1.

PYrrus Ligorius diligens antiquitatis indagator asserit, quod triumphaturus in portæ ipsius ingressu solenne sacrificium peregerit, JOVI, JUNONI & MARTI sublime positis in portatili loco, pannis sericis aliisque divitiis ornatis. Ante aram ubi ad mactandam victimam succeusus erat ignis, Imperator triumphans pro obtenta victoria gratias Diis agens sacrificium offerebat, confitens eorum beneficio se talem accepisse victoriam. Notandum hîc, quod solenne sacrificium fuerit, quod teste *Fasto* certis temporibus annisque fieri solebat, uti in victoriis reportatis, ubi Imperator triumphaturus sacrificium ἐυχαριστικὸν offerebat, Diis gratias acturus. Sacrificia autem χα-

χαριστικὰ

ἐυςικὰ fuerunt appellata, quæ pro acceptis beneficiis, voti alicujus sui facti compotes & victoriâ aut aliis rebus speratis & optatis potiti Diis, quibus ea accepta ferebant, gratitudinis suæ ergò ipsos testificandæ gratiæ faciebant. Hinc *Dionys. Halicarnass.* θυσίας inquit Diis offerre, quibus illis agerentur gratiæ pro reconciliatione plebis. Idem: Sacrificia ad Diis agendas gratias faciebant, templa foraque sua suspensis ornabant hostium spoliis, vacantes epulis. Idem: Romani post victoriam de Volscis reportatam ad Diis agendas gratias sacrificia decreverunt. De his Formulis videatur *Barnab. Brisson. lib. 2. pag. m.* 205. *conf. Gulelm. Stück. de Sacrif. Gentil. fol. m.* 152. *edit. Tigur.* Cum igitur inter bona etiam *Victoria* ac palma ex hostibus reportata fuerit; velut *Augusti* ap. *Horat. lib. 3. od. 16. Cumanorum* ap. *Dionys. Halicarnass. lib. 7. Amphitruonis* apud *Plaut.* 5. 2. Alexand. Sever. apud *Lampridium* Senatum ad sacrificia pro tot victoriis admonet. *cap.* 56. Cydonius Apud *Romanos* in Capitolium deductus triumphans, peractis precibus obtulit taurum candidum.

§. 2.

§. 2. Dii Deæque quibus sacrificium offerebat, tres erant, & primum locum obtinebat *Jupiter*, qui variis nominibus vocabatur, uti prolixè de his egerunt *Barnab. Brisson. de formal. lib.* 1. *pag. m.* 46. *seqq. Gyrald. histor. Deor. Syntagm.* 2. *fol. m.* 76. *edit. Basil.* 1580. Probabile videtur, quod Jovi cognomine Victori sacrificium fuerit datum, cui nomen hoc impositum, quod omnia vincere putaretur, ut scribit *Liv. lib.* 10. Quem & *Statorem* vocabant uti ex inscriptione quadam patet, quæ est Albæ Juliæ in Dacia:

JOVI STATORI. VICTORI M. ULP. NERVA. TRAJANUS.
CÆSAR VICTO DECEBALO DOMITA DACIA VOTUM SOLVIT.
ASPICE ROMULE PATER.
GAUDETE QUIRITES VESTRA ISTA EST GLORIA.

Hunc Jovem sub nomine Jovis Capitolini invocabant & *Vellejus Patercul. in fin. oper. suæ Histor.* autorem & *Statorem* Romani nominis dicit. Eum invocat *Plin. in Orat. Panegyr. pag.* 74. 75. In fine orationis Præsides & custodes Imperii Deos, ego Consul pro rebus humanis ac Te præcipue CAPITOLINE JUPITER precor: ut beneficiis tuis faveas, tantisque muneribus addas perpetuitatem. De Jove

hoc

Jove hoc qui plura desiderat evolvat *Voss. de Idol, Natal.Com. Mythol.Gyrald.Syntagm. 2. hist. Deorum ubi plura*, cum nostri instituti non sit fusius hanc rem explicare. Altera erat *Juno*, quæ *Martialis* dicebatur teste *Barnab. Brisson. lib. de form. pag.* 49. *edit. Mogunt.* qui hoc ex *Sext. Ruff. in* 8. *reg. urb. & num. Tribonian. Gall.* probat. Notandum autem, quod *Juno* & *Minerva* sæpius apud autores Gentiles confundantur, uti probat *Huetius in libro elegantissimo de demonstrat. Evangel.* Ita & hoc loco *Minervam* pro *Junone* positam esse, conjicitur è forma habitus, & inventione. Nam Imperator Triumphtaurus sacrificium offerebat Diis Deabusque, qui bello præerant. Jam autem extra omnem dubitationis aleam ponitur *Minervam* bello præfuisse, imò præsidem esse. *Virgil. lib. XI. Æneid. v.* 483. ita canit:

Armipotens belli præses Tritonia Virgo
Frange manu telum Phrygii prædonis &
ipsum
Pronum sterne solo. - - - -

Qua in re imitatus est *Homerum lib. 6. Iliad.* Veneranda *Minerva* urbium custos Diva Dearum frange hastam Diomedis, atque ipsum pronum da cadere ante Scæas portas.

Ser-

*Servius ad lib.*1. *Virgil. Minervam* dici scribit *Tritogeniam* à τρεῖν, id est tremere, timere, quod hostibus timorem terroremque injiciat. Inde *Isacius Minervam* vocat bellicosissimam. Et *Virgil. lib.* 3. *v.* 544. *Æneid.* Palladem armisonam. Sicut *Cicero in carm. ad Equit.* Tritoniam armipotentem. Et *Ovid. lib.* 1. *eleg.* 4. *Trist.* bellatricem Deam. Et *Seneca in Hercul. Furent. Act.* 4. *v.* 900. Belligeram Palladem, cujus in læva ciet Ægis feroces ore saxifico minas. Observat *Delrio in Comment. ad h. loc. pag.* 285. *Pallas Herculi* ad omnia certamina se præbuit Ducem, & *Hercules* quandocunque sibi contra hostes, quorum metuenda vix videbatur, tela dirigenda erant, in Minervæ auxilio spem posuit. *Aristid. Orat. in Minerv.* conf. *Kipping. antiquit. lib.* 1. *c.* 1. *de Diis Select. pag. m.* 22. 23. *edit. Francof.* 1684. *Guil. Stuck. descript. Sacrif. Gentil. fol. m.* 29. *edit. Tigur. Gyrald. histor. Deor. Syntag.* 11. Tertius fuit *Mars*, qui Deus belli esse creditur, quod, referente *Diodoro Siculo* primus invenerit homines armare, aciem instruere, & omnem usum bellicum. *Heraclides Ponticus* ait: Nihil aliud Mars est, quàm bellum, ab imprecationibus nominatum, sive à de-

tri-

trimento, quod Mars hominibus & regionibus infert. Quapropter *Homerus* Martem vocat hominem occisorem & urbium populatorem. Martem esse Ducem & Præfectum belli indicat *Arnob. lib. 5. pag.* 115. Potestatem bellorum Mars habet. vide de hoc Deo supra citatos autores.

§. 2. Quod (1.) in sublimi loco posita fuerint idola, significantur pulvinaria Deorum, quæ apparatæ lecticæ erant, in quibus Numina pro Majestate, juxta *aras* sublimia & erecta stabant. Unde *Acron* in *Horat. lib.* 1. *od.*17. Pulvinaria dicebantur aut lecti Deorum, aut tabulata, in quibus stabant Numina, ut eminentiora viderentur. Solebant namque Romani ob rem bene gestam ad omnia pulvinaria Deorum supplicationes decernere. Quod (2.) ad habitum illorum attinet, Jupiter sedens pingitur manibus fulmina tenens, cui adjunctus est rex avium aquila. *Juno* seu potius *Minerva* peplo amicta conspicitur in pictura nostra. De peplo autem varie scribitur, quod sit vestis fæminarum, quam illæ simulacris Deorum offerebant imprimis *Palladi* seu *Minervæ. Cerda ad lib.* 1. *Virgil. Æneid. pag.* 91. scribit, quod fuerit vestis

fæmi-

fœminarum, & firmare vult è Græcorum Commentariis, qui exponunt *Puplus*. It: Scholiaſtes *Ariſtoph*, πέπλος ἐστὶν ἱμάτιον καὶ ἔνδυμα γυναικεῖον: Et ideo Athenienſes mulieres ab *Homero* τανύπεπλοι. Græcis conſentit *Iſidorus*, qui *lib*. 9. *c*. 25. ſcribit: Peplum eſſe pallium matronale, & ad pedes demiſſum. Sic enim Græcorum commentar. peplos habebant circum extenſos, demiſſosque ad ſummos pedes. Et *Calliſtratus in ſtatua Orphei*: peplus per dorſum demiſſus ad talos. Quod videtur indicare *Claudianus*, qui de *Venere* iter parante ita canit;

Et crines feſtina ligat peplumque fluenta
Allevat ———

Et *Homerus* peplum ita demiſſum eſſe ſcribit, ut terram attingeret & traheretur. Peplum quoque Diis oblatum fuiſſe, probari videtur ex *Scholiaſte Æſchinis*, qui nulla Deorum diſtinctione ait: Peplos offerebant & illis induebant ſimulacra. Ita pepli Junonis mentionem facit. *Pauſan. lib*. 6. *pag*. 361. In foro ſedecim fœminarum (tot enim ſunt & ſic appellantur) domus eſt, in qua JUNONI peplum contexunt. Et quidem quinto quoque anno, uti idem *Pau-*

 ſan.

ſan. refert in *lib.* 5. *p.* 293. JUNONI ſanè quinto quoque anno peplum matronæ ſedecim pertexunt eædemque ludos faciunt JUNONIA. In his curſus certamen Virginibus proponitur in claſſes ex ætate deſcriptis. Primum enim currunt impuberes puellæ, tum grandiores, poſtremo natu maximæ. Ornatus idem eſt omnibus: paſſus capillus, demiſſa tunica ad genua, apertus uſque ad pectus dexter humerus. Deſcendunt & ipſæ in Olympicum ſtadium & currentes victrices accipiunt ex olea coronam. Pari modo & Veneri tribuitur peplus à *Philoſtrato.*

§. 4. Peculiari tamen modo & ratione peplum Minervæ conſecratum fuiſſe, è multis Græcorum Scriptorum locis poterit oſtendi. Apud Homer. *lib.* 6. *Iliad.* Hecuba Minervæ dedit peplum. Sic apud *Pauſan. lib.* 8. *pag.* 422. *Turneb. lib.* 14. *c.* 15. *pag.* 264. *Adverſ.* ſcribit: Peplum Trojanæ mulieres ferunt, ut ea veſte Minervæ ſimulacra induant & Deam propitiam habeant. De *forma* hujus veſtis communiter ſcribunt, quod habuerit colorem purpureum. *Pauſan. lib.* 2. licet quidam candidam fuiſſe velint. Fuit etiam veſtis pulchra ob varias in ea intertextas figuras qua de cauſa

He-

Homerus peplum *Palladis* oblatum vocat *variegationibus pulcherrimum*. Erant autem in peplo vel Palladis, vel fortium virorum res gestæ depictæ. *Tiraquell. ad lib. 5.c.8. Alexander. ab Alexand.Genial. dier.* & *Cerd. ad lib. 1. Virgil. Æneid. fol.* 29. colligunt omnia in unam descriptionem. Peplus erat vestis colore purpureo demissa ad pedes, distincta clavis aureis, habens in fimbria stamen aureum, sine manicis, depicta figuris Deorum & hominum, quæ simulacris Divorum, & primum quidem ab Atheniensib⁹ *Minervæ* offerebatur. Verum de peplo longe accuratius agit acerrimus Antiquitatis vindex *Meursius. l.2. c.* 12.*pag.* 76. & 77. *Attic. Lect.* & in libro qui inscribitur *Panathenaa c.* 18. & 19.*pag.* 25, & 26. & seqq. è quibus locis pauca, sed rariora afferam. Pepl⁹ peculiari vocabulo dicebatur velum navis Panathenaicæ, quam Athenienses singulis quinquenniis apparabant in Panathenæis majoribus. Moschopolus. Peplus est indumentum, quod adduxerunt in majorib⁹ Panathenæis. Ubi erat partim *Statii Papinii* Interpres, qui *ad lib. x1. Thebaid.* qui inter triennium peplum oblatum fuisse Numinibus scribit, partim Scholiastes *Aristophanis*

 in

in Equit. qui singulis annis id est, minoribus Panatheaceis id factum esse dicit. Peplo intexta erat *Titanomachia*, quomodo *Minerva* Enceladum Gigantem interfecisset; Erant etiam in eo contextæ res gestæ à Minerva. vid. Suidas. & *Virgil. in Ciri.* Deinde etiam intexta erant ea, quæ viri excellentes fortiter fecissent. *Serv. ad lib.* 1. *Virg. Æneid.* & quæ alia plura sunt. *Martis* denique vestitus armatus conspiciturcum hasta & clypeo uti ex *Gorlæo* adducit *Kipping. in antiq.lib.c.7.pag.*152.*edit.Franequer.*

§. 5. Hoc autem tempore quo triumphaturus Imperator sacrificium offerebat Deorum simulacra variis donabantur ornamentis & corporis vestimentis; hæcque vel alba, vel coccinea, quibus sæpe gesta Deorum intexta erant, quod colligimus ex *Virgilii Ciri* & *Maimonid. de cultu stellar. c.*7. §. 10. Inde ab Hæbreis (ut docet *Vossius F. in not.*) in *Rabbod.* traditum est, *Mardochæum Esth.* 3. ideo *Hamani* prosternere noluisse, quia vestis ejus intextam haberet falsi Dei imaginem. Fuêre interea *Vittæ*; *Empedocles ap. Laërtium lib.* 8. Timoleontis Corinthiorum Ducis in caput Apollinem in Delphicò templo consulentis, à donariis, quæ in templo

plo affixa erant, corona ex alto tam aptè concidit, acsi manu ei imposita esset. Sic etiam eis *gemmæ* donabantur. De gemmis vid. Plin. H. N. 9, 35. conf. *Johann. Saubert. cap.* 14. *de sacrif. p. m.* 650.

§. 6. Redeuntes igitur ex bello his Diis, præprimis *Marti* χαριστήρια obtulerunt. Unde dictus putabatur, quod marib⁹ in bello præesset; ex indeque laudabatur *Bellipotens, Odrysius, Geticus, Ultor, Tyrannus*, &c. item *Minervæ*, quam cognominarunt *Auxiliarem, Armipotentem, Armisonam*. Messenii immolabant Hecatomphonia, tanquam ex hostibus centum interemissent, quod sacrum *Aristomenes* JOVI Ἰθωμάτῃ obiit. *Lud. Cal. A. L.* 20. 5. Conf. *Sard. de mor. & rit. Gent. lib.* 3. *c.* 12. & 13. Hæc sacrificia εὐχαριστικὰ vocabantur ob gratiarum actionem. Dignissima autem Diis inter bruta victima Bos habebatur, unde eum *Plinius* optimam victimā laudatissimamque Deorum placationem vocat. *hist. nat.* 8. 45. Cædebatur igitur à Victoribus JOVI FERETRIO. Numa Pomp. L. 4. QUOVIS AUSPICIO. CLASSE PROCINCTA. OPEIMA SPOLIA CAPIUNTUR JOVI FERETRIO BOVEM CÆDITO. Similiter bos MARTI immolatur, quando videlicet

aliquo ſtrategemate, victoria potiti. vid *Gul. lel. Stuck. deſcript. Sacrif. Gentil. fol. m. 4 4. e-d. t. Tig.* Ita *Minervæ* Romæ taurum albũ immolatum fuiſſe ex aliis probat citatus Autor. Notatu dignum eſt, quod *Jacobus Laurus in antiquæ urbis ſplendore edit. Roman.* 1612. *p.* 12. addit taurum inauratis cornibus fuiſſe; cujus caput faſciis ex bombicino hinc inde pendentibus ornatum. Hęc ornamenta, quæ ante immolationem victimis dabantur, conſideranda veniunt, quæ appellantur *ταινίαι* & ſimul *ζῶνας, δεσμοὺς* ac *διαδήματα* complectebantur: Atque adeò errat *Choulius pag.* 301. cum ſua cornicula *Stuckio fol.* 77. qui *ταινίας* item vittis ſignificari ait lora ſive faſcias, quæ ex infula dependebant. S. Hieronymus ex eo, quod hoſtiæ eſſent ornatæ meretriculas expolitas libidinum victimas vocat. *lib. contr. Helvid.* Obvelebantur autem *infula* ſive *vitta,* quibus adpendebantur ſimplicia ligacula, vel, ſi opimæ eſſent victimæ, inaurata redimicula quaſi è globulis contexta, ad modum earum ſirpicularum, quæ etiam hodie Pontificiis ad preces numerandas inſerviunt. Ejus exemplum è marmore antiquiſſimo *Chouli** ſuppeditavit, quod Schema hud adponere lubet NB. Ita de iis (licet in ſignificati-

catione ταινιῶν ac vittarũ toto cœlo erret) Choul: *Si l'hostie estoit grande, elle marchoit pour estre immolée, avec ques le front, & les cornes dorées, enrichie de petits chappelets & patenotres dorez, qui luy pendoyent des cornes deça* & *dela. Si la victime petite debuoit estre immolée, elle estoit coronée du rameau de l'arbre, qui estoit dedié au Dieu, auquel se faisoit le sacrifice : ou bien elle estoit accoustrée d'une insule de laine, de laquelle pendoyent deux liens, qui sont nommez en Grec.* ταινίαι *& vitta en* Latin. *pag.* 300. 301. De victimarum infulis Poëtæ *Virgil.* 2. *Æn.* 3 *Æneid. Ovid. lib.* 15. *Metam. Juvenal.* pluribus egerunt. conf. *Saubert. de sacrif. pag. m.* 436.

§. 7. Victima hæc ad aram cornibus auratis ducebatur, uti aliàs etiam moris fuit ut cornua inaurarentur. Nestor enim inter alia mandata, quæ dedit filiis suis, accersiri jubet χρυσοχόον aurificem. Inquit enim bovis cornibus ut aurum circumfundat. Ac paulò post, Faber ille, quem χαλκιά vocat, forcipe, malleo aliisque instrumentis instructus fabrilibus dicitur advenisse, qui aurum à Nestore acceptum *bovis cornibus circumfudit, Aptans*, ut simu-

mulacrum Dea gauderet videns. Ex hoc loco, ut etiam aliis constat, hunc morem bestiarum frontem atque cornua inaurandi fuisse perantiquum; unde βȣ̃ς χρυσοκέρως i. e. bos inauratis cornibus præditus, sœpè ab *Homero* & aliis appellatur. Et hic quidem majorũ hostiarũ fuit ornat⁹, dependentibus ab utraque parte cornuum fasciis nonnullis. Hunc morem à Græcis ad Romanos fuisse translatum constat. Extat Senatus Consultum de ludis Apollinaribus primum faciendis, quod *Macrobius lib.* 1. *Saturnal.* recitat, in quo Decũviris præceptũ fuit, ut Græco ritu hostiis sacrum facerent, Apollini bove aurato. *Plini⁹ major hist. natur.* 33. 3. Deorum honori in sacris nihil aliud excogitatum est, quàm ut auratis cornibus hostiæ majores duntaxat imolarentur. *Plin. Junior in Panegyr.* Augustioribusq; aris & grandioribus victimis. *Plutarchus in P. Æmil.* Post hos ducebantur auratis cornibus armentales boves viginti mitris ornati & corollis. Antiochus Syriæ rex Hierosolymam obsidens Judæis taurum auratis cornibus, thus & aurea vasa, ut Deo in tabernaculorũ festo offerant, largitur *vid. Fulgos.* 1. 1. *Virgil.* 9. *Æneid.*

Et statuam ante aras aurata fronte juvencum

Can-

Candentem.

Ovid. lib. Metam.

——— *blandis induta cornibus aurum*
Conciderant ista nivea cervice juvencæ.

Lib. 15 *Metam.*

Victima labe carens & præstantissima forma
Sistitur ante aras, vittis præsignis & auro

Tibull. lib. 4. *eleg.* 1. Semper inaurato taurus cadit hostia cornu. Conf. *Gyrald. Syntag.* 17. *fol.* 499. *Stuck. descrip. sacrif. Gentil. fol.* 77. *edit. Tigur.*

§. Pergit citatus *Jacobus Laurus* ita scribens: dum fiebant ceremoniæ instrumenta tibiæque audiebantur. Tibiarum usum in sacrificiis frequentissimum fuisse testantur *Guilielm. Stuckius in descriptione sacrificiorum Gentilium fol. m.* 113. *sequent. edit. Tigur.* & *Casp. Bartholin. Thom. Fil. in tract. de tibiis veterum edit. Amstel.* 1679. *pag. m.* 181. *lib.* 2. *c.* 7. Plerumque autem uti ex pictura *Lauri* constat, tibiæ longæ inflabantur, & hi qui longas tibias quib⁹ supplicantes utebantur, inflabant SPONDAULÆ dicebantur ex mente *M. Victorini* de Spondæo: Dictus à tractu cantus, qui per longas tibias in templis à supplicantibus editur: unde Spondaulæ dicebantur, qui hujusmodi tibias inflare cō-

ſveverunt. Parū diverſè SPONDIALES vocantur *Iſidoro Orig, lib.* 1. *c.* 16. Spondæ' tractus quidam dicitur circa aures ſacrificantium, unde qui tibiis canebant in ſacris gentilium ſpondiales dicebantur. Totus ordo ſolennis ſacrificii adumbratur in figura marmoris antiquiſſimi *Bapt. Caſal.* transmiſſa à *Caſſiano à Puteo* quam de *ſplend. Urb. Rom. par.* 3. *c.* 1. inſeruit. Et figura Lauri ferè illa eſt, quam nobis exhibet *Bartholinus* ex *Grutero, Fortunat. Liceto* aliisque *pag.* 193. Notandum quoque quod laureati fuerint ſacrificantes & tibicines uti *Gulielm Stuckius in deſcriptione Sacrificiorum Gentil.* variis in locis *Paſchal. lib.* 4. *cap.* 14. *de coron. pag. m.* 248. 249. & *Bartholin. de tibiis veter. pag. m.* 193. teſtantur. Ita centurionum militumque turba, quorum capita lauri frondibus redimita erant, & Victimarius manu ſecurim tenebat victimam facturus. Peracto hoc ſacrificio pulchro ordine magnificoque cum apparatu triumphator Romam ingrediebatur, viaque triumphali per urbem invehebatur.

CAP.

CAP. XIII.

De
Loco, ubi pompa triumphalis instituta, Progressu, via triumphali & porta.

§. 1.

REdeuntes è bello victores Duces castra metabantur in *Campo Martio*, datoque illis extra urbem Senatu, petebant triumphum. *Dion. lib.* II. *Castra* metantes extra Urbem in *campo Martio*, qui petunt Triumphum. Eodem in loco, qui triumphabat exercitus per Legatos, Tribunosque instruebatur, ut in manipulos, Centurias, cohortes dispositꝰ laureatũ Ducẽ sequeretur, quod factum in Triumpho *Vespasiani* narrat *Josephꝰ*. Hanc rẽ etiã descriptam reliqait *Jacobus Laurꝰ* his verbis: Ad locũ ubi nunc Basilicam Principis Apostolorũ mirandam suspicimus usq; ad S. *Petronillæ* ædẽ quondam Appollinis templum & Neronis circus territoriũ patebat triumphale. Quos intra limites triumphaturus se continebat donec omnibꝰ ad triumphum ornamentis tota se civitas apparasset unde triumphi ordo servandus inciperet, quemadmodum *Josephus de Tito*

Vespasiano testatur, eos non in Palatio majori, sed in Isidis templo nocte quievisse, & ad Octavianas ambulationes transiisse, votisque rite celebratis recessisse ad portam, quæ ab eo, quod per illam semper triumphorum pompa duceretur, nomen acceperit. Ex his constat dicto loco instructã & digestã fuisse pompam Triumphalem propter laxitatem & amænitatem. Denique triumphaturos in proximis Campo ædificiis fuisse legimus, in Circo Flaminio, qui teste *Alexandro Donati de urbe Rom. lib.* 1. *pag.* 21. *usque* 27. extra Urbem fuit, quam sententiam approbat *Onuphrius Panvin. l.* 18. *c.* 8. *de lud. Circens.* In Æde *Appollinis*, Æde *Bellona*, in *Porticibus* quæ Campum spectabant. Ex quo licet conjicere, portam triumphalem in ea mœnium parte fuisse, quæ ad Arctos & Campum Martium vergeret. Idque indicant autores, qui Imperatores triumphaturos in via *Flaminia* constituunt. *Martial. lib.* 10. *c.* 6. de reditu *Trajani.* *omnis*

Quando erit illa dies, quo campus & arbor &
Lucebit Latia culta fenestra nuru?
Quando mora dulces, longusq; à Cæsare pulvis
Totaque Flaminia Roma videnda via?

Claudianus de reditu Stiliconis

Quæ

Qua tunc Flaminiam stipabunt millia vulgi?
Idem de reditu *Honorii Augusti* in sextum ejus Consulatum: - - *Palatino qui pons à colle recedit*
Milvius, & quantum licuit consurgere tectis
Una replet turba facies: undare videres
Ima viris. altas effulgere matribus ædes.

§. 2. Si triumphales periodos & iter, quod per urbē peregre triumphantes ob oculos ponimus, cognoscimus, quod pompa illa Triumphalis per medios circos veheretur, ut populus non solùm è via sed multò commodius è gradib⁹ sedilibusq; in Circensiū cavaeiū cuncta sedens aspiceret. Id memorat *Plutarchus* in vita *Æmilii Pauli*, ejusque triumphi descriptione: Populusqui-dè Equestribus theatris, sive hippodromis, quos Circos vocant, & circa forum tabulata figentes & occupantes alias Urbis partes, ut pompæ singula subjicerent visui spectarunt. Pauli quidem ætate solùm Circus Flaminius & Circus Maximus usui esse poterant ad spectandum. Ideò muneribus milites, quia Circum sedebat contemplator, laudatorq; populus. *Josephus* etiam locorum ad spectandū meminit in Triumpho *Vespasiani & Titi: Inter spectacula transeuntes Triumphum ducebant,*

ut multitudini facilior preberetur aspectus. Quid autem est transire inter spectacula, nisi per loca spectaculorum,& Circos, quorum gradus insederat populus, ut spectaret facilius atque commodius? *Vespasianus* autem descendens ab *Octavia Porticu* per Circum primò Flaminium,deinde Circum Maximum transiturus erat; sed omnis Triumphi pompa à *Campo Martio*, ubi instruebatur, incipiens, etiam per *Circum Agonalem* hodie *Navonum*,ab Alexandro exstructum, ultimis saltem ætatibus,cum rari Triumphi, traduci poterat.

§. 3. Ad hæc constat Triumphantes sacra via perrexisse,quæ propè Palatium descendebat in forum: & ideò triumphales Arcus propè sacrâ viam exstructi sunt. *Propert. lib. 2. eleg. 2.*

Aut Regum auratis circumdata colla catenis
Actiaque in sacra currere rostra via.

Horat. lib. 4. Od. 2.

Cæsarem, quandoque trahet feroces
Per sacrum clivum merita decorus
—— —— *fronde Sicambros.*

Et Epod. Od. 7.

Intactus aut Britannus ut descenderet
Sacra catenatus via.

Denique investigandæ viæ triumphorum conferunt triumphales,qui extant Arcus,il-

los enim Cæsares Triumphantes subierunt, cum veherentur in Capitolium. His probe animadversis, via primum in urbe Triumphalis, tum porta ipsa, minori quanquam probabilitate, pervestigatur. Nam pompa instructa in Campo Martio cum moveri cœpisset, Imperatorib⁹ duntaxat ad portam præstolantibus, ut de *Vespasiano* & *Tito* dictum; primum offendebat frequentissimas porticus & templa in campo Flaminio, tum juxta Porticum Octaviam petebat Circum Flaminium: quo egressa intrabat portam triumphalem. Hinc juxta Theatrum Marcelli ad alias Porticus Octaviæ nomine ab Augusto exstructas ferebatur. Inde per medium velabrum & forum Boarium veniebat ad Circum Maximum. Hinc lævorsum conversa tendebat ad curias veteres, ubi arcus Constantini. Unde alio flexu per sacram viam descendebat in forum; quod circumire necesse erat, ut frequentissimus, qui aderat populus, commode spectaret. Tum juxta templum Saturni, ubi septimus arcus ascendebat, iterum flexo curru in Capitolium. Vide de his pluribus *Alexandrum Donati Rom. vet. & Nov.* quem librum è bibliothec. instructissima *Magnif. Gaddeus Patronus meus observantia* venerand⁹ communicavit. *pag. m. 65. edit. Amstel, 1695.*

§. 4.

§. 4. Jam devenimus ad portam triumphalem & consideramus situm illius portæ, quæ Carmentali propinqua inter Capitolium & Tiberim. Putarunt etiam portam Triumphalem solum ad usum Triumphorum patuisse, aliis temporibus clausam & obseratam. Innuit *M. Tull. Orat. in Pison. Qua,* inquit, porta introierit, modò ne Triumphali, quæ porta Macedonicis semper Consulibus ante patuit. Innuit & religio inferendi cadaver Augusti per hanc portam. Si enim, illa semper patente quilibet alius vel civis, vel jumentum ingredi poterat; quæ tandem religio vetabat inferre mortuum *Augustum*; quę aliarum portarum aditum non prohibebat? leves conjecturę. Sed porta solis Triumphis patens earum dignitatem augebat. Ideoque vix numeratur ab antiquis, quod raro esset in usu, & postea senescente cum Imperio omninò desiit. Nam qui pro numero Triumphorum portas Triumphales multiplicant, & novissime consistunt in Flaminia audiendi non sunt. Sicut qui *Capenam* faciunt, ut *Pompej. Læt, in vit. Diocletian.* & *Martin. de Guichard. not. Granzov. edit. Amstel.* 1661. *pag. m.* 351. *Inferebantur,* inquit, *ferè omnes Triumphi via Appia,*

Appia, porta Capena. Placet in rem conclusio *Martialis*

Hæc est digna tuis Germanice porta Triumphis;
Hos aditus Urbem Martis habere decet.

CAPUT XIV.

De
Pompæ triumphalis cæremoniis & quidem de Vestitu populi & tabulatis,

§. 1.

POstquam hæc omnia justo modo perfecta, ad pompam triumphalem se accingebat. Describit autem ritum ante ingressum in urbem Triumphatoris *Onuphrius Panvin.* hoc modo; Interea dum hæc extra Urbem ab Imperatore Triumphaturo geruntur, populus Romanus ipso Triumphi die candidis vestibus amictus, omnibus circis & locis, circa forum, & aliis Urbis partibus, per quas Triumphator transiturus erat, tabulatis ad hoc ex ligno compositis insidens sese ad spectandum Triumphum præparabat, ita ut nemo penè ex infinita illa populi Romani multitudine domi remaneret; qui verò in tabulatis considere non poterant, ob frequentem ad spectandum conveni-

venientem multitudinem, vix concesso necessario transitu per varia urbis loca discurrentes, ubi spectandis tantum Imperatoribus locus sufficeret, consistebant.

§. 2. Ex his allatis satis superque constat, qualis spectantium vestitus fuerit, scil. *albus*. Quemadmodum autem veteres *nigrum* pro *malo*, ita *album* pro bono habuerunt & usurparunt. Ita *Persius*

Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? per me sint omnia protinus alba.

Album etenim viventis Symbolum esse docet *Hieronym in Esa 66*. Huc etiam spectat illud *Virgil. Eclog. 5. Candidus insvetum miratur limen Olympi.* Sic *Nigrum* pro *infausto*, *infelici*, *misero*, *luctuoso*, *inauspicato*; contra *candidum* sive *album* pro *fausto*, *felici*, *beato*, *læto* & pro *victoriæ* signo accipiebatur. Hic igitur niger est, cui infausta contingunt. Quid enim eo miserius, qui invisus omnibus, quem omnes oderunt; quem nemo congressu, nemo aditu, nemo sermone, nemo civili societate dignum putat. Ideò nigræ in luctu vestes: qui ritus etiam servatus Græcis: nam apud *Homerum* *Thetis Achillis* filii necem deplorans atram sumit vestem.

Sic

Sic fata nigerrima sumens
Vestimenta operit sese sequiturque volantem
Album contra *victoria* omen erat, uti *Virgil. lib. 3.*
Quatuor hic primum omen equos in gramine vidi
Tondentes campum latè candore nivali.

Hoc etiam ex Sacra Scriptura patet cum *Jeremias* hæc duo opponat, quando scribit: *candidiores nive.* Et deinde: *Denigrata est facies eorum super carbones. Tertullianus in libro de resurrectione carnis*, ingenuitatem, ac libertatem ostendi censet in candido; in *atro* aut *pullo* sordidam servitutem. Alludit *Gregor. Magn. hom.* 49. in *Luc. c.* 2. cum dixit, Christo nascente non legi, candidatos Angelos apparuisse: *Quia in nativitate*, inquit, *apparuit Deus humilis, in ascendente ascensus est homo sublimis.* Hinc Hebræis obscurati, nigri, obtenebrati, aut atri dicti lugentes, humiliati & abjecti. *Psalm.* 34, 14. uti pluribus probavit *Martin. de Roa singul. lib.* 2. *cap.* 1. *pag. m.* 140. 141. *edit. Lugdun.* 1667. Imò vestitus albus signum honoris fuit, teste *Philipp. Picinelli* in tract. quem inscripsit *lumi riflessi edit. Milan.* 1667. *part.* 1. *fol. m.* 54, ubi de Josepho verba facit: *D' una veste candida à titolo di grandezza e d' una veste candida si pregiò Martiale d' essere favorito per mano di*

Parte-

Partenio Maggior d'huomo di corte di *Domitiano* Imperatore, della quale *lib.* 8. *epigr.* 28. cantò

Dic toga facundi gratum mihi munus amici
Esse velis cujus fama decusque gregis?
Lilia tu vincis, nec adhuc delapsa ligustra?
Et tiburtino monte quod albet ebur.
Spartanus tibi cedet olor, Paphiaque columba
Cedet erithrais eruta gemma vadis.
Sed licet hac primis nivibus sint æmula dona
Non sunt Parthenio candidiora suo.

Et iterum citatus autor *fol.* 787. *part.* 7. affirmat, albas vestes in victoriis usitatas fuisse, cum ita literis tradit: *Claudiano* introduce le soldatesche di bianche spoglie adorne, che servivano alla pompa trionfale d'Onorio Imperatore, di cui *in* 4. *Consul Honor.* così:

Nunc quoque quos habitus, quanta miracula pompæ
Vidimus? Ausonio cum jam succinctus amictu
Per Ligurum populos solito conspectior ires?
Atque inter niveas alte veherere cohortes.

§. 3. Hinc albæ vestes, quia lætitiam significabant, adhibebantur in conviviis. *Philo de vita Theoretica* testatur, Judæos olim dierum festorum convivia albatos seu candidatos

didatos agitare fuiſſe ſolitos : ex quo illud : Quovis tempore veſtimenta tua ſunt alba. Huc quoque referendus ille mos Judæorum decimum quintum diem menſis AB celebrandi veſtibus albis atque choreis, de quo ſcriptum extat in *Tabanit fol.* 26. Decima quinta menſis AB, i.e Julii, filiæ Jeruſalem egrediebantur in veſtibus albis, quas quæ nō habebant, à divitibus mutuò ſumebant, ne, cui veſtes deerant, remorarentur, quo minùs ad choreas venirent. Hinc *Horat. l.* 2. *Sat.*

Ille repotia, natales, aliosque dierum
Feſtos albatus celebret.

De uſu veſtium candidarum in diebus feſtis apud Romanos multa alia teſtimonia præter *Horatii*, extant apud autores. Xiphilinus die celebri Romæ ob ingreſſum Teriadis populum albatum & laureatum fuiſſe aſſerit. *Vopiſcus in Floriā.* Tantum illud dico: Servatores omnes ea lætitia eſſe elatos, ut domibus ſuis omnes albas hoſtias cæderent, albati ſederent. *Perſius* —— *negato Jupiter hoc illi, quamvis te albata rogaret.*
Prudentius contra Symachum,

Exultare patres videas pulcherrima mundi
Lumina conciliumque ſenum geſtire Catonum
Candidiore toga niveum pietatis amictum
Sumere

Et

Et *Ovidius*:

Vestibus intactis Tarpejas itur in arces.
Et populus festo concolor ipse suo est.

Et *Persius* in re simili *Satyr.* 2. *Cicero in Leg.* scribit, quod color albus præcipuè Deo decorus sit, cum in cæteris, tum maximè in textili.

§. 4. *Alexander ab Alexandro lib.* 5. *cap.* 18. literis tradit, diebus *Natalitiis* & Calendis Januariis nonnunquam ludis Roman. albas lacernas prætextasque indutos incedere & ludos spectare fuisse solitos. Lacernis candidis usos fuisse Romanos in *spectaculis* ex illis *Martialis* versibus constat, quibus ille perstringit *Horatium*, qui nigra lacerna spectaculis interfuerat.

Spectabat modo solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis
Cum plebs, & minor ordo maximúsque
Sancto cum duce candidus sederet
Tòto vix cecidit repente cælo
Albis spectat Horatius lacernis.

De lacerna candida amphitheatrali vid. plura apud *Lazium lib.* 8. *c.* 10. *Com. Reip. Plutarch. in Æmilio* de Triumpho P. Æmilii verba faciens dicit: Omnes albis vestibus indutos ludos spectasse. Albæ quoq; vestes fue-

fuerunt *castrenses*, de quibus *Trebell. Poll. in Galeno*: Jam primum inter togatos patres & equestrem ordinem, albatos milites albis vestibus indutos, & omni populo præeunte. Sic candidatos milites *Vegetius* vocat principales. In sacris adhibebantur etiam vestes albæ. *Flamen*, uti Varro tradit, cum *Jovi Sacra* ferret, totus albatus erat, & pileum gestabat album. Item Virgines Vestales *suffibulo*, quod erat vestimentum album sacrificabant. *Pier. lib.* 40. *Hieroglyph.* de calceamentis Sacerdotum Romanorum Atheniensium candidis vid. *Laz. lib.* 8. *cap.* 13. *Com. Reipubl. Rom.* conf. *Saubert. de Sacrific. Guil. Stuck. antiq. convival. lib.* 2. *fol. m.* 236. Kipping. *antiquit. Rom. pag.* 243. *edit. Franeq.* Non dicam hîc de mulierum vestibus albis, nec de iis, qui Magistratum petebant, qui toga alba induti erant; sed de alba veste ceu signo *victoriæ*, *libertatis* & *fælicitatis*. Hinc lumen accenditur loco *Esa. cap.* 61. 10. Gaudens, inquit, gaudebo in Domino meo, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me tunica lætitiæ; cujus hæc est sententia sive ad nostra, sive Hebræorum tempora referantur. Fruar lætitiæ volu-

voluptate, in quam Dominus me conjicit & ad eum gratulabundus accedam; quoniam ipse nos à durissima servitute ad dulcissimam libertatem traduxit, ex servis dominos, victores ex victis, triumphatores ex triumphatis, ex atratis candidos reddidit. Vestimenta itaque salutis habitum redemptorū, lætantium & absolutorum interpretor. Latinè dicas, libertatis togam. Cum autem candidæ vestes in lætitia & gratulatione publica adhiberentur, nō inani conjectura vestes salutis, candidas, interpreteris, Sic candidæ vestes victoribus decernuntur Apocal. 3. 5. Vestis candida dignitatis insigne fuisse legitur 2 *Machab. c.* 11. 8. plura qui de his vestibus albis legere desiderat evolvat *Martin. de Roa. lib.* 2. *cap.* 2. *à pag.* 148 — *usque* 155. *Just. Lisp. Elector. lib.* 1. *cap.* 13. *p. m.* 390. 391. *seqq. edit. Antverp.* 1611.

§. 5. Cum de candidæ vestis usu & dignitate disseruimus; considetanda etiam nobis videtur ratio, cur vestibus illis tantum à veteribus tributum fuerit. Ea peti potest ab ipsius coloris albi seu candidi vi atque natura. Nam cum is color secundum *Plutarch. problem.* 26. maximè sit naturalis, simplex, purus, sincerus, lucidus, perspicuus, mi-

mirum profectò non est, quod apud veteres in tanto fuerit pretio & honore, dum lætitiam, libertatem & victoriam significabat. Hinc ad Dei cultum alba plurimum indumenta omnium pene nationum consensu adhiberi solent: semperque albus color sacris accomodatur, de quibus videatur *Saubert. in Tract. de sacrif.* Apud *Cicer. 2. de leg.* Color albus præcipuè decorus Deo est, maxime in textili. *Plato* similiter colorem album vult lætitiæ esse proprium; Quare & in pompa triumphali ob lætitiam & victoriam reportatam omnes albis vestibus induti incedebant.

§. 6. Progredimur ad *tabulata*, quæ teste *Plinio* planæ in ædibus superficies tabulis vel etiam lapidibus constructæ. Angli dicunt *Planchers or floors made With beards or broad stones, the spreading boughs of a tree one a bove another.* Tabulata autem erant hoc loco sedes quibus insidebat populus ad triumphum spectandum.



G CAP

CAPUT XV.

De Ornatu viarum Triumphantium.

§. 1.

VIæ Urbis & Templa aperta, sertis vaporibusque svavissimis repleta erant. Ædes namque sacras ex edicto Roma religiosa aperiebat, ut pro se quisque ex concione ad agendas superis imortalibus gratias irent ob rē egregię gestam ab Imperatorib⁹. Supplicatio honos erat, qui unà cum Imperatoris nomine decernebatur Victori; scil. quando Senatus Deorū templa aperiri, & Imperatoris nomine gratias Diis agere populo imperabat. *Camill. Andocianus lib. 4. de Theol. Gentil.* scribit: quod populus in templis eo tempore congregatus pro re bene gesta gratias agere deberet Diis.

§. 2 Notatu dignum, quod templa sertis vaporibusque repleta fuerint. Ipsæ aræ apud quas res sacra fiebat, fuerunt coronatæ, id est, umbratæ foliis, frondibus, floribus *Propert. lib.* 3. Inde coronatas ubi thure piaveris aras. & Stat. *lib.* 8. *Thebaid.*

——geminas ergo ilicet aras
Arboribus vivis & adulto cespite texi
Imperat: innumerosque Dea sua munera flores

Et

Et tumulos frugum & quicquid novat integer annus

Addit.

Antoninus ingressus ditionem Persicam simulabat se lætari quod undique sibi adducerentur sacrificia & ubique aræ coronarentur *Herod. l.* 4. Memorat *Athenæus lib.* 5. in pompa Ptolomæi transacta fuisse altaria quinquaginta cum aureis coronis. *Euripides Iph. in tau. act.* 1. ait, aram habere rubras è sanguine comas i. e. serta & coronas. Nam hoc loco τριχώματα capillamenta sunt serta & flores. *Statii lib.* 3. *Sylv.*

—— date serta per aras

Festaque pallentes hilarent altaria lucos

Et alibi :

Semper odoratis spirabunt floribus aræ.

Ipsa quoque *Sacella* coronata erant i. e. flore conspersa. *Propertius lib.* 4. hujus rei testis est, ita canens:

Flore sacella tego, verbenis compita velo ;

Et crepat ad veteres herba sabina focos.

Certè & ipsæ diversorum numinum ædiculę undecunq; coronabantur. *Euripid. Io. act.* 1 Τίς ἡδονή σοὶ θεοῦ θανεῖν ἐν στέμμασι ; Quæ tibi voluptas mori in coronis Dei ? Nec *sacella* tantum sed & templa antiquitas coronavit. *Euripide, Io. act.* 1. *Plutarchus* di-

disertim scribit : Adorant, inquit, sedes Deorum, & coronant templa. Potissimum autem in publica lætitia templa coronabantur, ut in triumpho *Pauli Æmilii* teste *Plutarcho Æmil. Paul.* Nam omnia templa fuerunt aperta & coronarũ & suffitionum plena. Hoc autem coronare templa nihil aliud est, quam frondibus ea tegere. *Valer. Flacc. lib. 2. Arg.* —— *æquora cuncta*

Prospiciunt, simulantque choros; delubraque festa

Fronte tegunt.

Illud antrum unde edebantur Apollinea responsa dicebatur esse coronatum, i.e. multa fronde umbratum. Imò & Christianorum templa coronari cæpta. *Hieronym.* de quodam presbytero *epist. l. 2. ep. 22.* Qui, inquit, basilicas Ecclesiæ & martyrum conciliabula diversis Floribus & arborum comis, vitiumque pampinis adumbrant, ut, quicquid placebat in ecclesia tam dispositione, quam visu presbyteri laborem & studium testaretur. De ritu fores templorum sertis & coronis ornandi vid. *Martini de Roa, Singul. p. m. 657. 658. & pag. 644.*

§. 3. Non solum templa sed & viæ triumphantium floribus ornabantur. Vias ramis

ramis constrabant Persæ in publica lætitia & odores incendebant. *Herod.lib.*8.Et primus quidem nuncius Susa perlatus Xerxem Athenis potitum esse, tanta Persas, qui relicti erant, voluptate affecit, ut omnes vias myrto cõstraverint, & per eas odoresincenderint, & ipsi in sacrificiis & gaudiis versarentur *Athen.lib. 6.c.6. Demetrium* scribit cum coronis odoribusque exceptum,ex *Demochare lib.* 1. *&* 20. qui *Athenienses,*inquit, *Demetrium ex Leucade,Corcyraque Athenas venientem non solùm fumorum odoribus coronisq;,ac vina fundentes exceperunt,verum etiam chori,Ithyphallisq; cumsacris cantilenis tripudiantes ac canentes ei occurrunt.* De viis florib⁹ conspersis *Apuleius Milesiar.*2.in pōpa *Isidis* ita disserit: Mulieres candido splendentes amicimine,verno florentes coronamine,quæ de gremio per viam,qua sacri incedebant comitatus solùm sternebant flosculis. *Publico Valerio* victori e bello reduci in occursum longe ab urbe prodivit populus coronatus,thure & odoribus perfundens viam, qua erat transiturus *Dionys. Halicar. lib.*10. Aristomenem ad Audeniam revertentem acceperunt matronæ gratulabundæ tænias in eum, quacunque incederet, &

 ut

ut anni ferebat tempestas, flores & fructus jacientes *Pausan. in Messen. l.* 4. Sic ubi Romam appropinquavit *Commodus*, Senatus statim universusque populusque — effusi laureatique, ac flores omnifariam quos dabat anni tempus, quam quisque ab urbe longissimè poterat, occurrebant, visuri principem ætate ac nobilitate conspicuum. *Herodian. lib.* 1. *c.* 17. Breviter etiam hunc modum *Q. Curtius lib.* 3. *describit*, cum *Alexander Magnus* civitatem Babylonis ingressus post *Darium* superatum. Et tali planè gratulationis solennitate adventantem excepit *Julianum Imperatorem* Urbs *Bononiensis* teste *Ammiano Marcellino lib.* 21.

Candidus interea positis exercitus armis
Exultat socerum juxta, nec signifer ullus
Nec miles pluviæ flores dispergere ritu
Cessat, purpureoque ducem perfundere nimbo

Eadem adducit *Philip. Picinelli in tractatu* quem inscripsit *lumi. riflessi part.* 7. *fol. m.* 738. I rami, inquit, de gli alberi, anzi frutti, ei fiori solveano gettarsi nelle strade, per le quali devevano passare personnaggi di gran merito. *Athenæus lib.* 3. *ex correctione Casauboni* dicit: *Multa mala cydonia ad currum regis projecerunt, myrrhi folia multa.*

Simi-

Similiter *T.Livius lib.33.* Omnes tendere ad Imperatorem Romanum: ut ruente turba in unum adire contingere dextram cupientium, coronas, lemniscosque jacentium haud procul periculo fuerit. Et *Ovidius* de *Germanici* triumpho;

Duaque ibis manib⁹ circumplaudere tuorum
Undique jactato flore tegente vias.

§.4. Ita *Pompejum* hoc honore exceptum fuisse in *Neapolis* ingressu in *Pompejo Plutarchus* scribit: Multi præterea, inquit, sertis ornati sub lampadibus eum suscepere, flores in eum jacere, gradientem usque comitari. *Demochares lib.* 1. & 20. Historiarũ apud Athen. uti supra allatum hoc approbat. Pari modo cõstat, quod flores & coronas spargere in Principes priscis sæculis usitatum fuerit teste *Capitolino in M. Antonino*: In Saliatu omen accepit Imperii, coronis omnibus in pulvinar ex more jacentibus. vid. *Martin. de Roa. Singular. lib.3.p.m.183.seq.* Quadrat huc apposite illud *Flori* de *Levino* Consule Romanorum triumphali in descriptione *belli Macedonici* primi: Quid florum in Consulem profuderunt? conf. *Carol. Paschal. lib.7. de coronis pag.471.seq.* ubi plura. Præprimis autẽ *Tænia* Victoribus dabantur, quibus

redimebantur,& hoc eſt illud genus coronarum, quo donati ſunt claſſici illi victores ab *Ænea* teſte *Virgil. lib. 5. Æneid.*

Jamque adeò donati omnes ; opibusque ſuperbi
Puniceis ibant evincti tempora taniis.

Hoc fuit ſpectatiſſimũ genus coronamenti, uti ex *Philone* conſtat. De coronis his videatur *Carol. Paſchal. lib. 4. de coron. pag. 230. & pag. 467.*

§. 5. Species florum, quibus *via Triumphantium* ſternebatur, ſequentes erant, *roſa, lilia, viola, vaccinia, hyacintha* & flores quivis odorem ſpargentes. Quosdam igitur perluſtrabimus. Roſam quod concernit, illa deſignat potentiam & imperium. Certè *Cleon* ille humilis adorator populi Atheniensis apud Ariſtophanem dicit illi in os ; At oracula mihi dicunt fore, ut imperes univerſæ regioni coronatus. Unde eſt, quod quoties roſa jacitur & ſpargitur, index ſit publicæ lætitiæ. Hujuſmodi eſt illud in fragmentis *Steſichori in carm.* Multa quidem cydonia mala projiciebant ad currum regis multasque myrteas frondes & roſeas coronas, violarumque apices teneros. Similiter *Lucretius lib.* 2. de Idæa matre, ſive terra,

Ergo

Ergo cum primum magnas invecta per urbes
Munificat tacita mortales muta salute
Ære atq; argento sternunt iter, omnia circum
Largifica stipe ditantes, ninguntque rosarum
Floribus, umbrantes matrem comitumque catervas.

Lilia ob fragrantiam optimam, de quibus *Carol. Paschal. de coronis lib.* 3. *p.* 166. 167. Sic de aliis citatus autor evolvi poterit. Non solùm flores & coronæ adhibebantur, sed etiam odores & unguenta in excipiendis principibus. Antiochus Syriæ Rex in pompa, quam in honorem *Daphnes* instruxit, ducentas ferè puellas induxit, quæ vias unguentis conspergerent. *Athenæus lib.* 5. *c.* 4. scribit: Accesserunt & sexcenti pueri Regii aurea vasa habentes: mulieres postea ducentæ ferè unguentis ex pelvib⁹ aureis aspergebant. De incensis odoribus idem *lib.* 6. *c.* 6. Athenienses *Demetrium* ex *Leucade, Corcyraque Athenas* venientem, non solùm fumorum odoribus, coronisque exceperunt. *Svetonius in Nerone c.* 25. de ejus in Urbem cum solenni pompa ingressu narrat; Incedenti passim victimæ cæsæ, sparso per vias identidem croco, ingestæque aves, ac lemnisci, bellariaque. Ita etiam *Josephus lib.* 7. *de*

Hierosolymam scribit: *Tota civitas veluti templum erat, sertis odoribusque plena.* Præterea *Xiphilinus* in *Severo* de ejus adventu: Nam urbe tota floribus, & laureis coronata, ornataq; variis vestibus in magno splendore luminum & suffimentorum, populus acclamabat albatus. Non dissimilis apud *Sinas* etiamnum mos, de quo lib. 6. *Maphæus histor. Indic.* Fragrant odoramentis ac floribus viæ.

CAP. XVI.

De *Aliis pompæ Triumphalis cæremoniis.*

§. I.

ANte omnia universus Senatus obviam ibat usque ad urbis portam Duci Triumphaturo; ibique paulatim opperiebatur, donec tempus triumphandi advenisset, omniaque Triumphi insignia & ornamenta disponerentur. Fusius describit *Alexander ab Alexandro genial. dier. lib. 6. pag. m.* 481. *edit. Lugd. Batav.* verba ejus hæc sunt: Decreto triumpho Magistratus Romani & omnes tribus obviæ, flaminesque purpura & Sacerdotes ac Pontifices apiculis veluti, lau-

dan-

dantes gratantesque, atque viri triumphales consulares que, cunctaque nobilitas & Senatus in prætexta & laticlavis —— prodibant. Tum multitudo ministrorum *baculos manibus gestantium* è medio dimovebant turbas & vias apertas ac sine impedimento plebis præstabant. Horum officium erat submovere populum, uti hoc cognoscitur ex *Livio lib.* 3. ubi *Appius* dicit; I *Lictor, submove turbã & da viam Domino.* Quid *Lictores* fuerint & unde dicti, videri poterit apud Gell. *lib.* 12. *c.* 3. & *Pomp. Fest. l.* 10. *Plutarch. problem. c.* 67. Virgæ, quas gestabant, betulæ fuerunt teste *Plin. lib.* 16. *c.* 18. vel ad submovendam turbam, vel ad percutiendas januas quas intraret Magistratus vel indicendo silentio. vid. *Mercer. in annot. ad Alexandr. ab Alexand. genial. dier. lib.* 1. *c.* 21. & *Justi Lipsii Elect. lib.* 1. *pag. m.* 430, 431. *ubi plur.*

§. 2. Sequebantur hos *Tubicines* cum tubis classicum sonantibus. Non hic controversiam movebimus an discrimen sit inter tubicines & tibicines, quod *Casp. Bartholin. in libello de tibiis lib.* 3. *c.* 1. optime monstravit. Nos igitur hoc loco de usu *tibiarũ* & *tubarũ* in triumpho verba facim⁹. Cum tibicine prifcis temporib⁹ triũphũ actũ esse testimoniũ

Censorini de die Natal. c. 12. probat. Ejusque rei exemplum habet *Appian. Alexandrinus*, apud quem in *Scipionis* triumpho, Imperatorem lictores præibant, purpureis amicti vestibus; tum citharædorum & tibicinum turba ad Hetruscæ similitudinem pompæ: Hi succincti coronisque aureis redimiti suo quisque ordine canentes psallentesq; prodibant. De quibus consule *Panvinium lib. de Triumph.* Hinc C. *Duillius*, qui primus navalem triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulaturus erat, ad funalem cereum præeunte Tibicine, è cœna domum reverti solitus est, insignem bellica rei successum nocturna celebratione testando, ut *Valer. Maxim. lib. 3. c. 6.* Factum id ut triumphi quondam acti comemorationem quotidie repræsentaret, si credimus L. *Floro lib. 2. c. 2.* Victor ergo apud Liparas, mersa & fugata hostium classe, primum illum maritimum egit triumphum. Cujus quod gaudium fuit? Cum Duillius Imperator, non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi à cœna rediret, prælucere funalia, præcinere sibi tibias jussit, quasi quotidie triumpharet. Sic in Triumphis cantabatur tuba - - - *nil nisi pompa tuba.*

Si

Si credimus *Ovidio lib.* 1. *Fastor.* In bello classicum tuba cantatum quis ignorat? quæ bellicum quondam cecinit in legionibus Romanis ex *Fabio lib.* 2. *cap.* 18. aliisque constat. *Vegetius lib.* 2. *c.* 22. scribit: Quoties pugnatur & tubicines & Cornicines simul canunt. vid. *Kippingi antiq. Rom, pag. m.* 841. *edit. Franeq.*

§. 3. Sequebantur *tabulæ eburneæ* vel *areæ*, *signa*, & *ligneæ turres* & *captarum Urbium, castellorum, montium, fluminum, paludum, marium* & omnium denique quæ capta erant, *simulachra*; juxta illud *Appiani*: Turres prætervehuntur, simulachra captarum urbium & picturæ & species eorum quę gesta fuerunt. Ut nimirum compendiosis hermoglyphorum & pictorum artificiis, quibus apud *Quirites* magnus habebatur honos, uno posset repræsentari die domi, quæcunque multis nonnunquam annis Imperator conspexerat & peregerat belli, secundum illud *Nasonis*:

Ergo omnis populus poterit spectare triumphos
Cumque Ducum titulis oppida capta leget.

Universam seriem cæremoniarum nobis exhibet Alexander ab Alexandro Genial. dier. lib. 6. pag. m. 481. ita scribens: Ingredienti

longo ordine montium, fluminum, oppidorum & urbium species, quas bello pervicerat & vi expugnarat, præcedebant. Urbes enim & montes & flumina, regionesque, quas Imperatores bello domuissent in triumpho duci, vetusti moris erat. De montibus & fluminibus *Cornel. Tacitus lib.* 2. qui ita memoriæ prodit: *Germanicus Cæsar ad 7. Cal. Junias triumphavit de Cheruscis Chattisque & Angrivariis, quæque alia nationes usque ad Albim colunt: vecta spolia, captivi, simulacra montium, fluminum, præliorum.* Ita etiam *Ovid.*

Hic locus, hi montes, hæc tot castella, tot amnes
Plena feræ cædis, plena cruoris erant.

Et post pauca:

Crinibus en etiam fertur Germania passis
Et ducis invidi sub pede mæsta sedet.

Propertius lib. 3. Eleg. 3.

Inque sinu charæ nixus spectare puellæ
Incipiam, & titulis oppida capta legam.

Urbium enim sive oppidorum captarum nomina singula tituli indicabant. Quare, ut *T. Livius* 1. *Decad. lib.* 6. refert, T. *Quintius* semel acie victor, binis castris hostium, novem oppidis vi captis, Præneste in deditionem accepto Romam revertit: triumphans.

phansque signum Præneste devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit. Ita *Scipio Asiaticus* tulit in triumpho signa militaria 234. oppidorum simulacra 134. Sæpe etiam præ multitudine oppidorum effictas turres in triumpho detulêre, uti *Strabo lib.* 3. asserit. In triumphos turres ductas, quas in gratiam triumphantium urbes appellabant. His addebantur tabellæ, quibus grandioribus literis inscriptum erat, quid gestum fuisset. Docet hoc Fortunatianus in arte: Apud nostros, inquiens, in tabulis antiquis, quas triumphaturi Duces in Capitolio FIGEBANT, VICTORIÆQ; SUÆ TITULUM, Saturniis versibus prosequebantur; Talia reperi exempla ex *Regilli* tabulis constat: DUELLO MAGNO DIRIMENDO REGIBUS SUBIGENDIS. Et mox in *Acili Glabrionis* Tabula, FUNDIT, FUGAT, PROSTERNIT MAXIMAS LEGIONES. Ejusmodi exemplum legimus apud *Plin. lib.* 7. *c.* 26. de Pompejo: CUM ORAM MARITIMAM A PRÆDONIBUS LIBERASSET, ET IMPERIUM MARIS POPULO ROMANO RESTITUISSET, EX ASIA, PONTO, ARMENIA, PAPHLAGONIA, CAPPADOCIA, CILICIA, SYRIA, SCYTHIS, JUDÆIS, ALBANIS, IBERIA, INSULA CRETA, BASTERNIS, ET SUPER HÆC DE REGIBUS MITHRIDATE ATQUE TIGRANE TRIUMPHAVIT.

§. 4.

§. 4. His succedebant spolia hostium & captiva arma, uti *Liv. in triumph.* M. *Fulvii* & *Cn. Manlii* 4. *decad. lib.* 9. refert; tum currus spoliis onusti, militariaque signa ex domitis gentibus, non erecta, sed inversa. Eos prosequebatur *novus ordo* virorum amictu candido, qui triumphales coronas ferebant cum pompa teste *Juven. Satyr.* 10.

— — — *Hinc præcedentia longi Agminis officia & niveos ad frena Quirites.*

Post hos viros sequebantur catapultæ, balistæ & tormentorum omne genus vi expugnatum, ac belli apparatus, machinæque ad urbium excidia, rostraque navium vi captarum, navesque rostratæ bello victæ proferebantur. Præterea falcati currus, clypeiq; insignes & scuta, quibus L. Papyrus Dictator de Samnitibus triumphans forum ornavit: tum lecticæ aureæ æneaque vel argentea signa ex devictis gentibus. De æreis vel argenteis signis *Cicer. in Verrem. act.* 3. P. Servilius quæ signa atque ornamenta ex urbe hostium & virtute capta, belli lege, atque imperatorio jure sustulit, ea populo Romano apportavit, per triumphum vexit, in tabulas publicas ad ærarium perscribenda curavit. *Liv. in triumph. Marcelli* 3. *Decad. lib,*

lib. 6. & in triumph. Q. Flaminii 4. Dec. lib. 4. Ita etiam Gentium victarum arma, pharetræ, frena, enses, ocreæ Cretenses, peltæ Thraciæ & Celtæ, sagittæ infixæ acusque, pila, sarissæ & cætera ejusmodi missilia. vid. *Jacob. Laur. de Splendore urbis antiqua.* His succedebant aliquot millia virorum qui in vasis argenteis numismata ferebant aurea argenteaque. Alii verò Crateras, phialas aureas, calicesq; ornatissimos & magnos certo ordine ferebant. Nam aurum argentumque factum signatumque ex manubiis urbium spoliis, partim rudibus massis, in triumpho deferri solitum, id videre licet in omnib[9] triumphis descriptis à *Livio, Plutarcho* aliisque. *Plinius lib. 33. c. 11.* scribit: Scipionem Africanum cum de Pœnis triumpharet 4470. pondo transtulisse in ærarium. Sic de *Paulo Æmylio Plutarchus* & *Plin. lib. 33. c. 3.* Intulit & Æmilius Paulus Perse Rege Macedonico devicto, prædam pondo trium milliū. conf. *Alexander ab Alexandro lib. 6. pag. m.* 484. *part. 2.* Postea alii tubicines aderant bellicum præcinentes. Post hos Quinquaginta aut centum aut plures aut pauciores boves juxta triumphantis opes cornibus auratis infulis & sertis ab adolescentibus popis succinctis ad immolandum ducebantur. Mentione

rione factæ poparum videbimus, qui fuerint? Eos describunt *Stuckius in descript. Sacrific. Gentil. fol. m. 73. edit. Tigur.* & *Johan. Baptist. Casalio de profan. Roman. ritib. pag. m. 91. Francof. & Hanov. 1681. Sard. 3, 15. Taubman. in Plaut.* quod fuerint sacrorum ministri, seminudi & succincti, qui victimas venales haberent, eas ad aras alligarent & percuterent, quos *Stuckius* malè *cultrarios* vocat. Deceptus forte opinione illa in qua versatus *Janus Parrhasius* qui *popam* cum Victimario eundem facit, *in orat. Cic. pro Mil.* Ordine succedebant *Camilli* & *Flaminii.* Antiqui *Camillos* & *Camillas* vocabant ministros & ministras sacris inservientes. Unde *Mercurius* Hetrusca lingua *Camillus* dictus, quasi Deorum minister. De institutione horum videndus *Guilelm. Stuck. fol. 73. descript. Sacrif. Gentil. Saubert. de Sacrif. cap. 6. pag. m. 141. edit. Jenens.* Invenitur etiam pro *Camillus Casmillus.* Flaminii coadjutores erant habebantque Camillos & Æditüos domesticos ac in publicis laborib' administros. De his & Camillis vid. *antiq. Rom. Kipping. edit. Franecq.* 456.

§. 5. Post horum ordinem prodibant Elephantes gentium devictarum uti *Alexander*

ab

ab Alexandro genial. dier. lib. 6. pag. m. 485. asserit Aurelianum Cæsarem *tigrides*, alces, & camelopardales in triumphi pompa ostendisse de quo *Flav. Vopisc. in vita illius* ita: Princeps totius orbis Aurelianus pacatis per Occidentem Gallis atque undique terris, Romam iter flexit, ut Zenobia & Teris, hoc est, de Oriente & Occidente triumphum Romanis oculis exhiberet. Triumphantem præcesserunt elephanti viginti, feræ mansuetæ Lybicæ, Palæstinæ diversæ ducentæ, quas statim Aurelianus privatis donavit, ne fiscum annonis gravaret. Tigrides quatuor, camelopardali, alces, cætera talia per ordinem ducta. Sic *Curius Dentatus* teste *Alexandro ab Alexandro lib. 6. genial. dier. pag. m.* 485. & *Marcellus* captis Syracusis octo Elephantos Punicæ victoriæ signum dedit, ut scribit *Livius* 3. *dec. lib.* 6. & vid. *Plin. lib.* 8. *c.* 6. L. quoque *Cæcilius Metellus* de quo *Flor. epit. Livii cap.* 19. scribit: *Cæcilium Metellum*, rebus adversus Pœnos prospere gestis, speciosissimum egisse triumphum, 13. ducibus hostium & centum viginti elephantis in eo ductis. *Plin. lib.* 7. *c.* 43. & *lib.* 8. *c.* 6. & *l.* 18. *c.* 3. Et ante hos *Dionys. Halicarnass. lib.* 2. loquens de incendio, quod acci-

accidit, quando primum Romani cum Pœnis bello confli&abantur propter *Siciliam*, scribit L. *Cæcilium Metellum* virum Consularem, qui devictis in *Sicilia Carthaginensibus* in celebri illo triumpho 130. elephantos traduxerat. Non modo *elephanti* sed etiam *equi* tonsis crinibus in triumphum ducti, uti refert *Alexander ab Alexandro l. c. p.m.*485. id quod etiam testatur *Livius* 4. *Dec. lib.* 6. de P. *Cornelio Nasica* scribens, illum cum captivis nobilibus *equorum* quoq; gregem traduxisse.

§. 6. Post hos captorum Ducum & Regum currus, arma, diademata & coronæ super armis imposita vehebantur. Deinde hostium Reges seu Duces cum filiis, fratribus & sororibus omnibusque si qui essent, familiaribus veniebant lachrymantes casumque captivitatis dolentes, uti refert citatus autor *Alexander ab Alexandro pag.* 487. ita scribens: Tum Reges & captivi nobiles & qui bello capti insignes forent, præcipue hostium Duces. De Regibus vid. *Plutarch. in Paulo Æmylio & Pompejo*. De nobilibus, *Liv.* 4. *Dec. lib.* 3. in triumpho *Cn. Cornelii* de *Gallis* & *Insubribus* & ejusdem *Dec. lib.* 7. *in* triumpho M. *Acilli*, & *lib.* 10. in triumpho L.

Æmylii

Æmylii Pauli Proconsul. de Liguribus Ingaunis, ubi captivi multi Principes ante currum ducti sunt. *Josephus de bello Judaico lib.* 7. c. 24. in triumpho *Vespasiani* & *Titi* & *Dionys. Halicarnass. l.* 8. in triumpho *Sicinii*. Ex quo & illud *Juvenalis Satyr.* 10. *de* triumpho *Marii* loquentis

- - - *Quid illo cive tulisset*
Natura in terris, quid Roma beatius unquam
Si circumducto captivorum agmine & omni
Bellorum pompa animam exhalasset opimam?

Notandum, quod addatur præcipue hostiũ Duces. Non excludebantur hi licet fortiter se gessissent. *Liv. Dec.* 4. *lib.* 3. scribit: *Amilcarem* Ducem *Pœnorum* ductum fuisse in triumpho *Cn. Cornelii.* & *lib.* 7. captivos Nobiles, *Ætolos* & regios Duces sex & triginta in triumpho M. Acilii & eodem libro ad finem, duces regios & purpuratos duos, & triginta in triumpho Scipionis Asiatici. Hi catenis vincti incedebant juxta illud Poëtæ in honorem Triumphatoris:

Vincula captivos Reges cervice gerentes
Ante coronatos ire videbis equos

Hinc illud *Propertii lib.* 2. *eleg.* 1.
(nis
Aut Regum auratis circumdata colla cate-
Actiaque in sacra currere rostra via.

Sta-

Statius lib. Sylv. 3. Sylv. 2. in Propemtico Metii Celeris

Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas.

Nec tantum cæteri sed & Reges & Reginas catenatas duci, uti probatur ex illo *Statii* loco & ex eo, quod *Perseus* Macedoniæ Rex, ita ductus à *Paulo Æmilio* apud *Livium* 5. *Dec. lib*, 5. & *Zenobia* Orientis Regina vincta, triumphata est ab *Aureliano* ut autor est *Flav. Vopisc. in vit. Aurel.* Nec Reges & Reginæ solum, sed etiam eorum liberi, cognati & nobiles: Ita *Diocletianus* de Persis sic triumphavit, ut non tantum militares ipsorum nobiles, sed & ipsum Regem *Narsen* cum uxore, sororibus & liberis ante currum duceret. *Plutarchus in vita Pompeji Magni* tradit, eum in triumpho Tigranem, sed ipsius filium cum uxore & filia ipsius Regis, & Tigranis uxorem *Sosimam*, *Aristobulum* Regem Judæorum, Mithridatis sororem cum quinque liberis, Scytharum quamplurimas mulieres, Albanorum & Iberorum ac Regis Comagenorum obsides duxisse.

§. 7. Hos sequebantur *Gentes bello captæ.* Deinde *coronæ* à provinciis Imperatori triumphanti donatæ. De his *Alexander ab*

Ale-

Alexandro Genial. dier. lib. 6. pag. m. 484. tum coronæ aureæ & urbium dona & populorum, quibus à sociis & fædere junctis pro virtute Dux donatus fuerat. Coronæ etenim significabant præmium victoriæ & *Festus* has *donaticas* dicit. *Donaticæ*, inquit, coronæ dictæ sunt, quod his victores in ludis donabantur, aureæque erant, quas *Provinciæ* mittebant teste *Carol. Paschal. lib.* 8. *de coron. pag. m.* 525 Ita de L. *Manlio* legimus apud *Liv.* 4. *Dec. lib.* 9. quod centum quinquaginta coronas aureas in Triumpho tulerit, *C. Calphurnius Piso* Prætor de *Lusitanis* & *Celtiberis* triumphans LXXXIV. *Q. Fulv. Flaccus* CXXIV. Scribit & idem *Livius* 4. *dec. l.* 10. L. *Æmilium Paulum* triumphantem de Liguribus quinque & viginti aureas coronas transtulisse. Has sequebantur *Lictores laureati* de quibus antea dictum. Postea *thuris* & *Arabum odorum suffimenta*, quæ in solemnibus his cæremoniis incendi solebant. Denique quispiam delirus qui inconditis jocis ineptire videbatur in talari veste, fimbriis aureis & armillis ornatus, lasciva gesticulatione usque ad ineptias risus commovebat. *Alexander ab Alexandro lib. 6. gen. dier. pag.* 491. ita scri-

describit : *Inter quos Ciceria effigiem Argutam & Manduci*, magnis malis ore hianti cum crepitu dentium aut *Petreja* quæ ebriam anum effingebat nonnunquam adhibuere. Ubi legendum videtur *Citeria* ex *Festo Pompejo lib.* 3. qui inquit: *Citeria appellabatur effigies quadam arguta & loquax ridiculi gratia qua in pompa vehi solita sit* in idque allegat *Catonem* in M. *Cacilium*. Anglus *Thomas de S. Quercu* ita: *An image that seemeth to speak, a poppet.* Quid autem fuerit *Manduci* Idem *lib.11.* indicat, *Manduci effigies, ait, in pompa antiquorum inter cateras ridiculas, formidolosaque ire solebat magnis malis ac late dehiscens, & ingentem dentibus sonitum faciens*, de qua *Plautus* in Rudente *act. 5. scen. 6.*

Quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem?
L. *Quapropter*? C. *quia pol clare crepito dentibus.*

Anglus citatus ita: *Menducus an uglii mis-shapen picture, a shnap draggon, a vvhister.* Quid autem *Petreja* fuerit, *Festus lib. 14.* docet: *Petreja*, inquit, *vocabatur qua Pompam pracedens in coloniis aut municipiis imitabatur anum ebriam, ab agri vitio scil. petris appellatam.* Verum notandum quod ex his tribus nullum reperitur nominatim fuisse triumphis adhibitum, ut citatus Alexander ab Alexandro contendit. *Iacob. Lauri in splendore urbis antiq.* scribit eum fuisse, qui victis insultaret & triumphantem admoneret. Et hæc de ceremoniis, quæ ante Triumphatorem peractæ fuerunt.

CAP.

CAP. XVIII.

De *Statuis Triumphalibus & Arcubus illarumque cæremoniis.*

§. 1.

PRius quam ad ipsum Triumphatorem accedamus, prius statuas triumphales arcusque perillustrabimus, quæ in honorem triumphatoris erectæ, & per quas Imperatorem ire opportuerit. Erigebantur autẽ *statuæ* ob egregia merita uti testatur *Plautus :*

Curc. *Ibi nunc statuam voli dare auream*
Solidam faciendam ex auro Philippæo, quæ fiet
Septem pedalis, factis monumentum suis.
Lyc. *Quamobrem istuc?* Curc. *Dicam, quia enim persas, Paphlagonas*
Sinopeas, Arabes, Caras, Cretanos, Syros
Rhodiam, atque Lyciam, Perediam & Pertibesiam
Centauromachiam, Elatiam, Unomammiam
Lybiamque, & oram omnem Conterebromiam,
Dimidiam partem nationum usque omnium
Subegit solus intra viginti dies.

Observare igitur licet, olim obtinuisse, ut ob quas causas triumphos decrevissent, ob easdem etiam *statuæ* ponerentur. Unde

triumphantibus simul & statuæ datæ *Liv.9.* 43. de *Marco Tremulo* Marcus de Hernicis triumphans, in urbem rediit, statuaq; equestris in foro decreta est. Hæ statuæ notanter *illustres* vocabantur, quia pro triumpho; Eædem & *triumphales*, quæ pro triumpho dabantur. vid. *Figrelii tract. de statuis illustrium Rom edit, Helm,* 1656. *p* 5. *m.* 105.

§ 2. Erant autem statuæ triumphales vel *equestres* vel *Curules*. Equestres ab equo dictæ, quod equo insidentes fingerentur *Liv.* 11. 13 *de Clælia*, Romani novam in fæmina virtutum novo genere honoris, statua equestri donavêre. In summa sacra via fuit posita virgo, insidens equo. Harum origo è Græcia à *Plinio* 43, 5. indicatur. *Equestres*, inquit, *Statuæ Romanā celebrationem habent, orto sine dubio àGræcis exemplo*; illi *Celetas tantum dicabant in sacris victores.* Sed tamen vetusta satis Romæ fuit *cap. 6.* Gravissimis de causis decernebantur uti refert *Liv. lib.* 8. *c.* 13. de L. *Furio Camillo* & C. Mænio Coss. qui totum Latiun subegêre. *Illorum*, inquit, triumpho addit' honos, ut statuæ equestres eis, rara illa ætate res, in foro ponerentur. Subscribit *Vellej. Patercul.* 11. 61. Necnon nisi illustribus & insignibus viris tribuebantur

Marc.

Marci Æmilii Lepidi Trium viri, complures Equeſtres exhibent nummi antiqui apud *Golzium* in numis ejuſdem *pag.*32.*n.*1.3.10.12. & *pag.*33.*n.*2. Decantata fuit & celebris inter cæteras illa *Domitiani* Cæſaris, quam ipſi S.P.Q.R. ob victos *Dacos* fieri præcepit. In qua deſcribenda *Statius lib.*1. *Sylv.* omnem induſtriã intendit. Confert enim illam cum equo *Trojano* ubi ait:

Nunc age, fama prior notum per ſecula nomen
Dardanii miretur equi, cui vertice ſacro
Dindymon, & cæſis decrevit frondibus Ida
Hunc neque diſciſſis cæpiſſent mœnia muris,
Nec grege permixto pueri, innuptæq; puellæ
Ipſe nec Æneas, neq; magnus duceret Hector.

§. 3. *Curules* autem ſtatuæ dicebantur, quod in curru conſpiciebantur, quibus dicatæ fuère. Ipſa enim ſtatua vel effigies in curru ponebatur. *Juven. Satyr.*8. inde appellat —*ſtantes in curribus Æmilianos*
Itemq; *Prudenti⁹ lib.*2. *in Symach.* ſic nõinat.

Miramur inquiens, *currus*
— — *Stanteſque Duces in curribus altis*
Fabricios, Curios, hinc Druſos inde Camillos.

Et vetus Inſcriptio habet:

OPUS QUADRIGÆ CUM EFFIGIE IMP. HADRIANI. AUG.

Illarum quoque ſtatuarum originem è Græcia accerſit *Plinius* 34.5. ubi poſtquam oſtendiſſet Græcos ſolitos ponere celetas, bigas, vel quadrigas ſacrorum certaminum victoribus, addit, unde & noſtris currus in his qui triumphaviſſent. Qui loc⁹ ſimul monet, viris triumphalibus hunc honorem habitum & triumphales ſtatuiſſe plerumque Curules. *Tacit. Agricol.* Illuſtres ſtatuas appellat; *igitur*, inquit., *triumphalia ornamenta & illuſtris ſtatuæ honorem, & quicquid pro triumpho datur, multo honore verborum cumulata decernit.* Erant autem Curules illæ ſtatuæ plerumque vel bijuges, vel quadrijuges vel ſejuges, Bigarum meminit *Plinius* loc. cit. *Non vetus*, inquit, & *bigarum celebratio in his*, qui prætura functi, curru vecti eſſent per Circum. Similiter mentionem facit inſcriptio vetus Præneſte.

A. MUNIO A. F. MIN. EVARISTO SPL. EQ. R. PAT. COL. OMNIB. HONOR. NITIDE FUNCTO. OB INSIGNEM EJUS EDITIONEM MUNERIS BIDUI POPULO POSTULANTI BIGAM PLACUIT EQUEST. STATUA. DECRETO ORDINIS EUM ORNARI.

In

In nummis Augusti Bijuges Curules statuas exhibet *Golzius pag.* 43. *n.* 15. & *pag.* 47. *n.* 21. De quadrijugis Jul. Capitol. Gordiano Tertio *cap.* 27. De Misitheo Gordiani Socero. Misitheo, inquit, quadriga equorum decreta est, & currus triumphalis. Trebellius Pollio in Tyrann. Neque enim, inquit melior vir quisquam fuit, neque constantior, postquam cæteri consulti statuam inter triumphales & currus quadrijuges Pisoni decreverunt. Item *Juvenal. Sat.* 7. *Hujus enim stat currus aheneus, alti*

Quadrijuges in vestibulis.

Sejugum meminit *Apulejus in Floridis*. Vir, inquit, cui omnes provinciæ quadrijuges & sejuges ubique gentium ponere gratulantur. Sed Clarius *Plin.* 34. 5. qui ævum notat & Augusto tribuit. *Non nisi*, inquit, *à Divo Augusto sejuges sicut & Elephanti.*

§. 4. Non solùm statuæ erigebantur, sed etiam licuit bellorum Ducibus, si decretus ipsis triumphus esset, eas per pompam vehere, ut factum sæpius legimus. In triumpho Marcelli apud *Plutarchum in ejus vita cap.* 33. in Flaminii *Liv.* 34, 51. in Fulvii. *Liv.* 39, 5. præprimis gloriosum habitum, si devictorum Regem Ducumque statuas,

quas in reliqua præda repererint, oſtentare poſſent. Sic *Mithridatis* ſtatuam auream Lucullus in ſuo triumpho ducebat. *Plutarchus in Lucullo c. 78. Præterea,* inquit, *ductus eſt Mithridatis coloſſus aureus ſex pedes longus. Et Pharacis* argenteam *Pompejus. Plin.* 33, 12. Interim verò, ſi hoſtium Duces in acie occubuiſſent, aut fuga elabi eos contigiſſet, quo minus eos comprehendere ipſi victores poſſent, in triumpho ducendos, eorũ imagines fieri curabant, ut præferrent. De imagine *Syphacis*, quam feretro impoſitam in ſuo triumpho oſtentabat *Scipio Africanus*; cum paulo ante triumphum *Syphax* apud *Tybur* deceſſiſſet, ita *Silius Italic. l. 17. Punic.*

Ante Syphax feretro reſidens captiva premebat
Lumina & aurata ſervabant colla catenæ.

Et mox de imagine *Hannibalis* in eodem triumpho.

Sed non ulla magis menteſq; oculoſq; tenebat
Quã viſa Hannibalis campo fugientis imago.

Mos etiam apud Romanos obtinuit, ut ad ſignificandas varias res bello geſtas, variæ de novo ſtatuæ fierent in Triũpho mõſtrandæ, puta Regionum ſubactarum, Urbiumque Montium item & Fluviorum. Nõ loquimur jam

jam de eis, quæ specie sua fingebantur, cujusmodi erant simulacra oppidorum, muros ipsos, portas & turres referentia. de quibus *Ovidius de Pont.* 11. *eleg.* 1.

Protinus argento veros imitantia muros
Barbara cum victis oppida læta viris.

Sed de iis, quæ ad similitudinem humanam effigiebantur, & aut victorum pedibus substratæ, aut alio quocunque habitu supplici factæ transvehebantur. Unde intelligẽdi sũt autores, qui Regionibus, urbibus, montibus, & fluminib' ea attribuunt, quæ sũt hominis. Germaniam passis crinibus colla præbentem & vinctam catenis hoc sensu leges apud *Ovidium lib.* 4. *Trist. Eleg.* 2. Carthaginem in triũpho Scipionis manus supplices tendentem apud *Sil. Ital. lib.* 17. Rhenum captivum ejusque crines tegentem ungulam equi *Domitiani* apud *Statium lib.* 1. *Sylv.* 1. Catenatũ eundem Rhenũ apud *Claudian.* 3. *de laud. Stilichon.* Captivũ Oceanũ apud *Flor.* 4. 2. Et hæ omnes statuæ peracto triumpho referri in ærarium solitæ sunt. vide *Liv.* 45. 38 aliosq; De statua mortui Trajani in urbem illata vide *Figrel. de statuis illust. Rom. pag. m.* 287.

§. 5. Arcus olim erigebantur iis qui exteras

gentes &provinciasſubjugaſſent. Vid.*Georg. Fabric. Rom. c.* 16. & *Salmuth ad Pancirol.* rerum *memorabil. part.* 1. *tit.* 28. Dicebantur antea *Fornices*, quod ſemicircularis eorum forma eſſet ; poſtea verò , cum quadrati una, binis aut ternis ingentibus portis fornicatis & patentibus fierent *Arcus* nominati ſunt. Et ideo ſœpius confuſam reperias horum nominũ appellationem. Quẽ Cicero *Fornicem Fabianum* dicit, P. *Victor arcum* Fabianum appellat. Statuæ interdum in his *Arcubus* poſitæ. *Aſcon. Ped. in divin. Cic.* de eodm *Fornice Fabiano*: *Fornix Fabianus*, inquit, *arc⁹ eſt juxta Regiã in ſacra via, à Fabio Cenſore conſtructus, qui à devictis Allobrogibus, Allobrox nominatus eſt, ibiq; ſtatua propterea poſita eſt*. De *arcubus Germanico* & *Druſio* ſtructis, additis ſtatuis, ob res in Oriente & in Germania glorioſè geſtas, meminit *Tacitus* 11. *Annal.* Patres decrevere ut Germanicus atq; Druſius ovantes urbẽ intoirent ſtructi & arcus circum latera templi Martis Ultoris cum effigie Cæſarum. *Domitianus* ipſe ſibi ſtruxit. *Svetonius in ejus vita cap.* 13. Janos arcusque cum quadriga & inſignibus triumphorum per regiones urbis, tot tantosque exſtruxit, ut cuidam

græcè

græcè inſcriptum ſit arcui Ἀρχαι, Janos non jani ſtatuas, ſed fornices ſive portas illas magnas ad viarum capita, ab antiquis Romanis exſtructas, & una tantum janua aditum præbentes, interpretantur *Beroaldus* & *Marcell.* Donatus. Eorum unum triumphalem cum quadrigis, poſt Victoriam Sarmaticam poni juſſum *Epigrammate 65. lib. 8.* celebrat *Martial.* ubi inter alia:

Stat, inquit, ſacer edomitis gentibus arcus ovans
Hic gemini currus numerant Elephanta frequentem
Sufficit immenſis aureus ipſe jugis

Extat quoque inſcriptio, ſed mutilata, cujus reſiduum oſtendit *Arcum, Arcadio, Honorio & Theodoſio* Augg. cum eorum ſtatuis à S.P.Q.R. fuiſſe erectum.

IMPP. CLEMENTISS. FELICISS. TOTO
ORBE VICTORIB.
ARCADIO, HONORIO ET THEODOSIO
AVGGG.
AD PERENNE - - - M. TRIVMF.
QVOD - - - ARVM
NATIONEM. IN OMNE ÆVVM - - CERE - -
ARCVM SIMVLACRIS EORVM TRIVMFISQ.
DECOR - - - -
TOTIVS ORBIS SPLENDOR - -
S. P. Q. R.

Ejusmodi Arcus plures videri possunt apud *Alexandrum Donati de Roma veter. & nova pag.* 142. 185. 243. 244. 245. *Jacob. Laur. de splendor. urbis antiq.*

CAP. XIX.

De *Triumphatoris habitu & ornamentis.*

§. 1.

Visis his progredimur ad ipsum Triumphatorem, cujus personam & habitum ut & ornamenta perlustrabimus, & quidem quod ad *vestitum* attinet, erat purpura cum intexto auro, picta, clavos aureos habens. *Silius Italicus:*

Ipse adstans curru atq; ostro decoratus & auro
Martia prabebat spectanda Quiritibus ora

ἀλουργίδα χρυσόπαστον appellat *Dion. Cassius lib.* 63. πορφύραν ἀστέρων χρυσῶν ἐνυφασμένον vocat *Appianus* in *Punicis* i. e. purpuream togam aureis stellis intextam. Eodem sensu *Dionys. Halicarnass. lib.* 3. dicit: Χιτῶνα πορφυροῦ, χρυσόσημον tunicam purpuream auro clavatam. Depingitur è nummo Cæsaris una cum corona laurea apud Antonium Augustinum *Tab.* 13. *n.* 21. Inscriptio Romana:

PR.

PR. TR. PL. AVGVR. TR. MIL. EX SORTE BELLVM CVM IVGVRTHA. NVMID. VEL PROCOS. GESSIT. EVM CEPIT ET TRIVMPHANS. IN IOVIS SECVNDO CONSVLATV ANTE CVRRVM SVVM DVCI IVSSIT III. CONSVL ABSENS CREATVS EST IV. TEVTONORVM EXERCITVM DELEVIT. V. CONSVL. CIMBROS FVGAVIT EX EIS ET TEVTONIS ITERVM TRIVMPHAVIT. REMPVBL. TVRBATAM SEDITIONIBVS ET TR. PL. ET PRÆTOR. QVI ARMATI CAPITOLIVM OCCVPAVERANT VI. COS. VINDICAVIT. POST LXX. ANNVM PATRIA PER ARMA CIVILIA PVLSVS ARMIS. RESTITVTVS VII. COS FACTVS EST DE MANVBIIS CIMBRICIS ET TEVTONICIS ÆDEM HONORI ET VIRTVTI VICTOR VESTE TRIVMPHALI CALCEIS PVNICEIS. *Barthol. Marlianus* in *Topographia Urbis lib. 6. cap.* 19. *Joh. Jacob. Boissard. part. 3. antiq. Rom. fol.* 118. Est tropæum *Marii* & *Vestem Triumphalem* expresse nominat.

§.2. Alio nomine dicebatur *vestis palmata*

ta, que palmam certiſſimum victoriæ ſymbolũ habebat intextam uti *Salmuth ad Panciroll. pag. m.* 644. *edit. Amberg.* 1607. diſſerit, & *pag.* 396. ita ſcribit: Palmata veſtis eſt, quæ & Triumphantium erat, palmam habebat intextam. *Tertullianus de corona militis.* Hic eſt habitus victoriæ noſtræ: hæc palmata veſtis. Palma enim victoriæ Symbolum incertaminibus habebatur. *Plutarch. in Theſ.* memorat, Theſeum propoſuiſſe certamen in Delio: actum primum victoribus datam eſſe palmam. Hinc *palmata veſtes*, quæ erant propria inſignia Conſulum Romanorum. *Caſſiodor. Var. lib.* 8. *ep.* 22. Priſcorum judicio qualis ſit Conſulatus, hinc omninò datur intelligi, quando inter mundi dignitates eximias ſolus meruit habere palmatas veſtes, quas felicitus dabat, præmia vincentium.. Palmatam quoque vocabant, non addito veſtem. *Symmachus lib.* 6. *ep.* 41. Itaque palmata am ct & conſularibus inſigniis ornatus, fracto crure ſublatus eſt. Semper verò palmata veſtis fuit inſigne Magiſtratus triumphalis. *Tertullian. in Apolog.* licet nunc ſarmenticios & ſemiſſarios appelletis, quia ad ſtipitem dimidii aſſis revincti ſarmentorum habitu exurimur, hic eſt ambitus victo-

ctoriæ nostræ: hæc palamata vestis; tali curru triumphamus. *Liv.* 1. *dec. lib.* 10. de insignibus triumphalibus loquens ita scribit: Quod cum ita se habeat, cui Deorum hominumve indignum videri potest eis viris, quos vos sellis curulibus, toga prætexta, tunica palmata & toga picta & corona triumphali laureaque honoraveritis, quorum domos spoliis hostium affixis insignes inter alias feceritis, pontificialia atq; auguralia insignia adjicere? & 3 *Decad. l.* 10. Masanissam primum Regem appellatum eximiisque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli & scipione eburneo, toga picta & palmata tunica donat. *Sveton. in Claud. c.* 17. *in fin.* Secuti triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed cæteri pedibus, & in prætexta. Crassus Frugi equo phalerato & in veste palmata, quod eum honorem iteraverat. *Apulej. Apolog.* 1. Ubi triumphantium, inquit, quadrigas albas & togam palmatam. *Capitolinus in Gordianis*, palmatam tunicam & togam pictam primus Romanorum privatus suam propriam habuit, cum ante Imperatores etiam de Capitolio vel Palatio acciperent. *Servius* locum *Virgil. l.* 11. *Æneid.*

enarrans, sic scribit: Rom. Imperatorum insigne fuit sella curulis. Sicut etiam palmata toga dicitur, quam merebantur ii, qui de hostibus palmam reportassent. Et rursus ad *Eclog.* 10. Triumphantes, aut, qui omnia habent Jovis insignia, Sceptrum & palmatam togam, qua utebantur illi, qui palmam merebantur.

§. 2. *Livius* & *Pompejus Festus* eandem dicunt *togam pictam* & purpuream. *Plinius lib.* 8. *cap.* 48. scribit, pictas vestes jam apud *Homerum* fuisse, unde triumphales natæ. Toga picta dicebatur in discrimen *toga pura*, quæ nihil purpuræ attextum habebat; Picta autem quæ quidem purpurea auro intexta teste *Alexandro ab Alexandro genial. dier. pag. m.* 210. Sic *Plutarch.* in *Paulo Æmilio*: Ipse sequebatur ornatissimo curru invectus, purpuram auro intextam indutus. Addit citatus autor Alexander; tametsi scutulatam, Phrygiatam, surculatam undulatam & clavatam inter triumphales numerari veteres. de his videatur *Tiraquell.* in h. locum. Utebantur etiam *trabea*, quæ Regum & Imperatorum insigne erat. *Trabearum* autem fuerunt *tria genera*: *unum Diis* consecratum, quod est tantum è purpura;

ra: *aliud Regum* quod est purpureum, habet tamen album mixtum purpuræ, fuitque teste *Virgil. lib.* 11. illa quam *tunicam palmatam* vocamus. *Tertium augurale*, quod est è purpura & cocco. vid. *Tiraquell. annot. Genial. dier. l.* 5. De *prætexta* supra dictum.

§.4. Imperatoris triumphantis caput cinctúm erat corona *laurea*. Hinc constat, planè aliam fuisse, quam servus publicus tenebat gemmis insignem, eamque enormis magnitudinis, cui ferendæ nullum mortale caput fuisset idoneum, sed *lauream*. Hoc discimus ex *Ovidio lib. 2. de Pont.*

Ipse super currum placido spectabilis ore
Tempora Phœbea virgine nexa tulit

Et paulo post:

Hanc colit ante diem per quam decreta parenti
Venit honoratis laurea digna comis

Et *Tibullus* de Triumpho Messalæ *lib.1. c.7.*

At te victrices lauros Messala parentem
Portabat nitidis currus eburnus equis

Victrices lauros dixit, nempe duos lauri connexos in orbem ramulos. Idem alibi de *Messalino lib. 2. eleg. 6.*

Ipse gerens laurus, lauro devictus agresti
Miles Io magna voce triumphe canet.

Illud non omiserim, quandoq; Triumphantes currui insidentes, non quidem capite coronam lauream, sed manu *ramum lauri* tenuisse. Id quod de Æmilio Paulo disertim

Plu-

Plutarchus in vita ejus tradit. Cæterum de triumpho *Valerius Maximus* verba faciens *lib. 2. c. 3.* ait : Prohibentur nunc cujuslibet gloriæ cupidi, qui ex desertis montibus, myoparonumque pyraticis rostris laudis inopes, laureæ ramulos festinabunda manu decerpserunt, id est immeritum triumphum sibi decerni æquum censent. Et ut *Cicero* loquitur: *laureolam in mustacea quærunt.* Est ergò *laurus* sive laurea, nempe corona, ut symbolum victoriæ, ita insigne triumphi. (Cic. *lib. 5. epp. ad Attic. ep.* 20.) Laurea illa inquit *Cicero de prov.. Cos.* magnis periculis parta amitti longo intervallo viriditatem. Et alibi *in L. Pison. Orat.* 38. Ex illo fonte & seminario triumphorum cum arida folia laureæ retulisses. Et hoc decus videtur proprium nominis Romani.

§. 5. Merito hîc quæritur, unde laurea triumphantium decerpta fuerit? Non enim de qualicunque, sed ex ea, quæ huic usui destinata erat decerpebatur. Quippe Scriptores tradunt teste *Sueton.* in *Galb. c.* 1. Gallinam rostro tenuisse ramulum lauri, ipsamq; ab aquila demissam in gremium Liviæ, Placuisseque eum ramum pangi. Unde tale exstitit lauretum, ut triumphaturi Cæsares

in-

de laureas decerperent. Fuitque mos triumphantibus alias confestim eodem loco pangere. Ad hoc lauretum allusit *Calphurnius ecl.* 4.

Me quoque facundo comitatus Apolline Cæsar
Respiciat; montes neu dedignetur adire
Quos & Phœbus amat, quos Iupiter ipse tuetur
In quibus augustos visuraque sæpe triumphos
Laurus fructificat, vicinaque nascitur arbos.

Ergò verùm est, sub Principibus coronas triumphales, h. e. laureas hinc decerpi solitas. Sed in vetere Republ. aliud lauretum fuisse constat, quod in *Aventino* multò post Romam conditam virere cæperit, uti refert *Macrob. lib.* 3. De hoc *Dionys. Halicarnass. antiq. Rom. lib.* 3. Verum de his fusius egit *Carol. Paschal. lib.* 8. *de coronis cap.* 1. *pag. m.* 527. *seq.* Ubi duo laureta constituit *Numæ* & *Cæsarum*. Ab hac corona laurea Triumphatoris deinde mos invaluit, ut primores civium in triumpho laureati fuerint, de quibus locus extat *Plutarchi* in triumpho *L. Syllæ*. De *populo* autem locus *Livii lib.* 15. De militibus *Liv. lib.* 15. Imò *Citharædi* & Tibicines in pompa triumphali coronati erant, uti probat autor *ad Herennium l.* 4. Ipsæ *lancea*, ipsi *pili*, *fasces*, qui Imperatori triumphanti præferebantur laureati erant. Non

solùm

ſolùm *Romæ*, ſed & in ipſis Provinciis Victori Imperatori laureati faſces præferebantur ut *Lucullo* & *Pompejo*.

§. 16. Alium triumphatorum veſtitum nobis etiam exhibet *Johannes Doughtaus in analectis ſuis ſacris part. 2. edit. Amſtel.* 1694. *pag. m.* 162. Ad hæc, inquit, *albis veſtibus* & ſe & reliquam comitantium turbam indui faciebant. Jam primum inter togatos patres & equeſtrem ordinem, albatos milites, & omni præeunte populo Capitolium petiit. *Galienus in Treb. Poll.*

Vidimus Auſonio cum jam ſuccinctus amictu
Per Ligurum populos ſolito conſpectior ires,
Atque inter niveas alte veherere cohortes.
Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia & niveos ad fræna Quirites
Aſpiceres ——— ——— ——— ———

Juvenal. Satyr. 10. Sic etiam *palma* victoriæ ſymbolum fuiſſe conſtat ex *Plutarcho*. Cum itaque ingenium hujus ligni ſit, ut urgentibus & opprimentibus non cedat. Ergò Poëtæ palmas vocant & prætia & præmia victoriæ; & *lenta victricis præmia palmæ*. *Tertulliano* ſunt palmæ victoriæ, *adverſus Gnoſt.* Nam & rurſus, inquit, innumera multitudo albati & palmis victoriæ inſignes revelantur ſcil. de Anti-Chriſto triumphales

les. Ipsa adeò palma simpliciter prolata dictio signat victoriam. Certe Alexander tot gentium se victorem prædicans hortatur milites, ne sibi victoriam prope partam eripiant his verbis, referente *Curtio lib. 9.* Ne infregeritis in manibus meis palmam, qua Herculem liberumque patrem, si invidia abfuerit, æquabo. Ex quo loco colligimus, idipsum quod disertis verbis *Pausanias lib. 8.* tradit non tantum capite palmam, sed etiam manu à victoribus gestari solitam. Apud *Apulejum Meta.* 11. Mercurius dextra palmam virentem quatit. Eo certè habitu victores decurrebant, aut, sicuti *Suetonius* de Caligula ait, discurrebant. Et hic mos è Græcia Romam translatus, uti testatur *Livius lib.* 10. cujus verba hæc sunt: Eodem anno coronati primum ob res benè gestas, ludos Romanos spectaverunt: palmæque tum primum, translato è Græcia more victoribus datæ. conf. *Joh. Doughtaj analect. Sac. part. 2. pag. m.* 163. *Philip. Picinelli lumi riflessi part. 9. fol.* 883. *num.* 123.

§. 7. Quod ad manus attinet Triumphatoris, dextra ramũ lauri, sinistra sceptrũ tenebat. De lauro diximᵘˢ, cujus rei fuerit symbolum;

lum; itaque ad ſceptrum nos conferimus. Sceptrũ propriè dicitur omnis virga ſeu baculus, ab eo quod eſt initi, qia eo initimur & Regium inſigne eſt, unde & Reges *Sceptrigeri* ſunt dicti. vid. *Lexic. Heſich.* & *Homer.* qui *Agamemnonis* ſceptrum à *Vulcano* primum *Jovi Saturnio* eſſe præparatum comemorat, deinceps verò, poſt longum temp⁹ tandē in poſſeſſionē Agamemnonis tranſiiſſe. Deſcribit verò ſceptrũ, quod fuerit lignum, vi gladii, foliis ac cortice nudatum, clavisq; aureis transfixum. Ære verò inclusa fuiſſe ſceptra poſterioribus temporibus, meminit *Virgil. lib.* 11. *Æneid.* ubi dicit: *Ut ſceptrum hoc, dextra ſceptrum nam forte gerebat.*

Olim arbor, nunc artificis manus ære decoro
Incluſit, patribusque dedit geſtare Latinis.

Eburnei mentionem facit *Juvenalis Satyr.* 10. *non longè à principio*:

Da nunc & volucrē ſceptro quæ ſurgit eburno.

Ubi Interpres *Georg. Valla* Volucrem, aquilã, quæ in ſceptri eburnei vertice conſedit. Nam & Dionyſ. Halicar. lib. 5. loquens de triumpho *Menenii Agrippæ* ſcribit: triumphantes ſceptrum geſtare.

§. 3. Notandum quod Triumphator *annulum ferreum* digito geſtaverit ut *Plin. lib.* 33. 1.

33.1.autor eſt: *Et cum corona ex auro Hetruſc. ſuſtineretur à tergo, annulus tamen in digito ferreus erat, æque triumphantis, & ſervi fortaſſe coronam ſuſtinentis.* Et ut conſpectior videretur ſcribit *Alexander ab Alexandro gen. dier. lib. 6. pag. m.* 492. minio illini ſolebat. *Plinius ex Verrio* refert *lib.* 33. *c.* 7. Jovis ipſius ſimulachri faciē diebus feſtis minio illini ſolitam eſſe & triumphantium corpora. *Enumerat*, inquit, *Verrius* Jovis ipſius ſimulachri faciem diebus feſtis minio illini ſolitam, triumphantiumque corpora; Sic Camillum triumphaſſe. Hac religione etiam nunc addi in ungventa cænæ triumphalis, & à Cenſoribus inprimis Jovem miniandum locari. Cujus rei quidē cauſā miror; quanquā & hodiè id expeti conſtat Æthiopū populis, totosq; eo tingi proceres, hucq; ibi Deorū ſimulacris honorē eſſe. Jupiter verò à *Minio* vocabatur *Minianus*, quod *Cicero* docet *l.* 9. *ad Famil. ep.* 16. hiſce verbis: *Quod ſi perſeveras me ad matris tuæ cœnam vocare, feram id quoq;. Volo enim videre animū, qui mihi audeat iſta, quæ ſcribis, apponere, aut etiam Polypum MINIANI JOVIS ſimilem.* Nō deſunt tamē qui loco *Miniani* legunt *miniati*, quod profectò nō minus arridet. *Pana* quoq; Sylvarum Paſtorum,

ſtorumque Deũ miniari conſveviſſe Virgilius teſtis eſſe poterit, cujus *Ecl.* 10. hæc verba legimus :

Pan Deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipſi
Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.

Sed quæ cauſa fuerit, cur triumphantes minio tingerentur, quæſo, videam⁹. Potuit hoc fieri ad imitationem Jovis, cujus multa inſignia triumphantibus uſurpata fuiſſe, nemini ignotũ eſſe poteſt. Atque hujus quidem ſententiæ fuit *Juſtus Rycquius de Capitol. Rom. c.* 18. à quo ſi me in hoc negotio adjutum negarem, injurius eſſem optimo & utiliſſimo Scriptori. Magis tamen ſe mihi approbat *Nicolaus Perottus*, vir, ut iſta ferebant tempora doctiſſimus, cujus in *Martialem* Cõmentaria, quæ *cornu copiæ* vocantur pretio non habentur ſuo. *Minio*, inquit, *illini ſolebant triumphantium corpora. Sic enim fertur Camill⁹ triumphaſſe: ob eam (ut arbitror) rationem, ut Imperatores horribiliores viderentur quemadmodũ Cæſar Brittanos ſcribit glaſto ſe inficere, quo horridiores videantur in bello. Glaſtum herba eſt plantagini ſimilis quo Britannorum quoque conjuges nurusq; quibusdam ſacris, toto corpore oblininntur, nudæque incedunt, Æthiopum colorem imitantes.* Quæ ultima verba deſum-

pta

pta sunt ex *Plin.l.*22.*c.*1. Cæsaris autem loc⁹, quem respicit, is occurrit *lib.*5. *de bell. Gall.* his verbis: *Omnes verò Britanni se glasto inficiunt. quæ cæruleum efficit colorem: atque hoc horribiliore sunt in pugna respectu, capilloque sunt promisso*, & *omni corporis parte rasa, præter caput* & *labrum superius.* Id etiam intendebant Æthiopes, qui, ut ait *Alexander ab Alexandro.genial.dier. lib.*1. *c.*20. dimidiatum corpus *minio*, dimidiatum gypso solent illinire.

CAPUT XX.

De Curru triumphali, equis triumphalibus, aliisque animalibus.

§. 1.

GUido Panciroltus *in lib. memorabil. pag. m.*629. *edit. Amberg.*1607. literis tradit currū triumphalem aureum fuisse; *Tandem* inquit, triūphator aureo insidēs curru &c. ubi vix demōstrari poterit, quod curr⁹ aureus fuerit uti nostrā opinionem confirmat *Joh. Scheffer. in lib. de re vehiculari veterum edit. Francof.*1671.*l.*1.*c.*16.*p.m.*204. Cum & alii autores uti *Alexand. ab Alex.l.*6.*gen. dier. p. m.*491. pro aureo legant aurato. Auratus itaque dicitur, quia ex auro scite fabrefactus erat. A Latinis hinc auratus dictus ob ornamen-

menta quæ ſparſim hic vel illic currui affixa vel eidem undiquaq; inducta erant. Qualia autem illa fuerint ornamenta, non eſt promptum ſatis dicere? Apud *Plinium lib.* 33. *c.* 3. de Romanis legitur: *Nos carrucas ex argento cælare invenimus.* Curtius quoque de *Darii* vehiculis *lib.* 3. *c.* 3. Haud procul erant vehicula decem, multo auro argentoque cælata; Verum qualis illa fuerit cælatura, non commemoratur. Probabile tamen videtur, quod effigies argenteas eminentesque fecerint, id quod ex *Livio lib.* 9. conſtat, ubi *ſcuta cælata* dicuntur, quæ imaginibus variis ex auro eminentibus cælata. Sola itaq; ſimulachra aurea erant, non currus ipſe. Sic *eborata vehicula Plauto* memorata in *Aulularia Act.* 2. *Scen.* 1. *Lampridius in Heliogabalo*: *Habuit gemmata vehicula & aurata, contemptis argentatis & eboratis.* i.e. gemmis diſtincta. de quibus videatur *Johann. Scheffer de re vehicul. cap.* 16. *pag. m.* 207. 208. *lib.* 1. *edit. Francofurt.* 1671.

§. ●. Verum enim vero *Florus lib.* 1. *c.* 5. aſſerit, quod aureus currus Triumphatoris fuerit, cum de *Tarquinio* hæc tradit: *Inde à Tuſcis quod aureo curru, quatuor equis triumphatur.* Quanquam autem currus ille fuerit

rit quadrijugus, speciem tamen nonnihil diversam à quadrigis militaribus Circensibus habuit. *Zonaras tom.* 3. *An.* in hæc prorumpit verba: *Currus non erat similis ei, cujus usus est in certaminibus ludicris, nec cujus usus in bello, sed rotunda figura instar turriculæ instructus.* Non de curru toto hoc intelligendum, verum capsa, sive illa parte, quam conscendunt occupantque qui vehuntur. Ea fuit rotunda & clausa in ambitum. vid. *Jacob. Pontan. progymnasm. edit. Francof.* 1643. *pag. m.* 1017. Quo verò melius structura ejus intelligatur nummus Lepidi & Vespasiani perlustrandus, cujus speciem *Onuphrius* in libro, quem de triumph. scripsit, exhibet. Quo magis miramur, in Triumpho majore edito *Antverpiæ* per *Gerhardum de Jode*, triumphanti Imperatori dare vehiculum quadratum, cum rotis quatuor, & in suprema sella, cui insideat, quam etiam exhibent *noctes Granzov. edit. à Martin. de Guichard. Amstel.* 1651. *pag. m.* 284, 285. Nihil habet veri tota ea pictura. Vehiculum erat rotundum, rotas habebat duas Triumphans denique non sedebat in eo, verum stabat uti *Ovidius* 3. *de Pont. el.* 4. canit:

Illa Ducis facies in curru stantis eburno.
*Juvenal.*etiam *Satyr.* 8.
———— *& stantes in curribus Æmilianos.*
Hinc *Sever'* Parthicum sibi deferentibus patribus triumphum recusavit, quod consistere in curru affectus articulari morbo non posset, uti ait *Spartianus.* Erat verò id vehiculum ex *auro* si est Fides Flori, qui loco antea citato à *Tarquinio* imitatione *Tuscorum* institutos triumphantium currus aureos testabatur. At *Dempester.in Paralip. lib.5. Rosin.* ubi verba eadem adducit, non scribit *aureos* sed *auratos*. Quomodo non legendum, intelligēdum saltem apud *Florum* videtur. Cum præsertim idem afferat tanto post Publ. *Dec. in Orat. contra Appium* apud *Livium l.*10. *c.* 7. ubi post alia: *Jovis Optimi Maximi ornatu decoratus, curru aurato per urbem vectus in Capitolium ascendit.* His consentiunt *Propert. lib.*1. & 16. *Porc. Latro apud Senec. contr.* 30.

§. 3. Faciunt tamen etiam mentionem de *aureis*, *Entropius lib.*4. de *Æmilio Paulo* agens scribit: *Triumphavit magnificentissimè in curru aureo.* Quanquam fortè *aureus* hic currus ita debebat intelligi, ut apud *Florum*, cum *Pompejus* usus fuerit aurato. Sanè *currus aurei* sub Imperatoribus demum videntur orti *Horat. Epod. od.* 19.

Io Triumphe tu moraris aureos
Currus & intactos boves

Turnebus lib.2. Adverſ. c. 16. explicans hunc locum ita ait ; Aurei in *Horatio* currus leviter audiuntur, auresque pæne noſtras prætervehuntur aliud agentibus. Nec attendimus, tales triumphantium Auguſtorum fuiſſe currus. Cenſet vir doctiſſimus, currus aureos in triumphis proprios Imperatorum ſive Auguſtorum fuiſſe, unde ſequitur, ante Cæſarum ætatem habuiſſe auratos. Differebant autem currus aurei ab auratis, quod hi bracteis aureis ſolummodo, illi laminis ex auro eſſent inducti. Et conveniebat hoc ſplendori Cæſarum, ut alterum prioris ævi moderationi. Non verò aureos ſolummodo habuere currus Imperatores ſive Cæſares, verum etiam *Eburneos* i.e. eburneis ſigillis cultos ornatosque, in illo ipſo auro, uti ſuſpicor. *Ovid. lib. 4. Triſt. eleg. 3.*

Invenietque viam qua currus ſpectet eburnos

Et lib. 3. ex Ponto. ep. 4. Illa Ducis facies in curru ſtantis eburno. Item *Pedo de triumpho Druſii in campis Elyſiis.*

Regalique habitu curruque ſuperbus eburno
Fronde triumphali tempore vinctus erit.

§. 4. Eburneo & aureo huic currui ad-

 jun-

junčti erant equi coloris albi, fuitque hoc de colore observatum statim ab initio triumphorum ipsoque Romulo, si sequimur *Propert.* qui *lib. 4. el. 1.*

Quatuor hinc albos Romulus egit equos.

Verum de Romuli triumpho ancipitis fidei est narratio; Magis Livio credendum, qui scribit *Camillum* ita triumphasse *lib. 5. c. 23.* Maxime conspectus ipse est, curru equis albis juncto urbem invectus: Parumque id non civile modo, sed humanũ etiam visum. Jovis Solisque equis æquiparani Dictatorem in religionem etiam trahebant, triumphusque ob eam unam maxime rem clarior, quam gratior fuit. Certe causa odii non fuit hæc, quia ante illum hæc triumphantium consvetudo fuit. Eandem quoque sententiam *Plutarchus* fovet, ita scribens: *Quatuor equos albos adjunxit ad currum, eoque Romam est ingressus, quod nemo Imperatorum neque ante, neque post eum fecit. Servius* profecto tradit ad *lib. 4. Æneid. v. 543.* Qui triumphat, inquit, albis equis utitur quatuor, & Senatu præeunte in Capitolio, de tauris sacrificat. Verum forsitan ad sua respexit tempora, ut cæteri fecerunt, qui de quadrigis albis loquuntur: omnes enim Cæsarum ætate vixerunt. Ut *Ovid lib. 1. de arte amandi*

Qua-

Quatuor in niveis aureus ibis equis

Similia habentur apud *Plin. in panegyr. c. 22. Apulej. in Apolog. Claudianum* aliosque, qui omnes ad Cæsarum ætatem respexerunt, qua videtur primum invaluisse usus equorũ alborum in curribus triumphalibus. Ante ista tempora ignoratur, an quadrigæ albæ triumphantium fuerint. Sed nec, qui vetustiores descripserunt triumphos albos equos memorant. *Dionys. Halicarnass.* de triumpho *Siccii lib. 8. Invectus est in urbem curru cum equis aureis frænis insignibus.* Nudos vocat equos non albos. Sic *Plutarchus* de *Æmilio Paulo* scribit: *Post ipse invectus est curru egregiè ornato.* Equos nullos albos memorat

§. 5. Verum cum alborum equorum fiat mentio intelligendum hoc est de Cæsarum temporibus, ubi albi equi in usu fuerunt, quare horũ colorẽ *Dio Cassi⁹ lib. 43.* describit: *Nec magis insignis Marii Pauliq́ue triumphus*

Qui captos niveis egêre quadrigis——

Claud. de bell. Get. ——— Patriarcha autem cum omnibus Sacerdotibus ei obviam processit (ab expeditione contra Barbaros redeunti) & Senatus & populus, coronas offerentes, & currum cum quatuor albis equis, rogaruntq́; ut eo ascenso triumpharet. *Zonar*

in Zismic. tom. 3. Sic *albi equi* apud Virgil. cum belli tum victoriæ sunt insignia. Ita *Anchises* loquitur *Æneid.* 3.

Quatuor hîc primũ omen equos in gramine vidi
Tondentes campum latè, candore nivali

Hoc Anchises interpretatur de bello. Sed paulò post pacem candidam significare ait, & latenter ostendit victoriam adepturos, ut *Servius* annotat. Hinc quoque natum est Proverbium illud: *Equis albis præcedere* & *Plautinum* illud. *Nunquam adepol albis quadrigis indipiscet postea*, de quo *Erasmus in adag.* Hos equos triumphantium niveos vocat *Tibull. l.* & 7.

At te victrices lauros Messala gerentem
Portabat niveis currus eburnus equis.

Quod autem electi fuerint *equi albi Samuel Bochart. in Hierozoico suo c.7. fol. m.* 105. *edit. noviss.* adducit varias rationes, quia scil. equi albi reliquis celeritate præstare videantur juxta illud *Horat. lib.* 1. *Sat.* 1. In Plutarcho *Sylla* habuit equum album animosum & pernicissimum. Quin Deorum Summus Jupiter feratur equis albis.

§. 6. Attamen successu temporis triumphatores non contenti his equis erant, sed utebantur *elephantis*. Sic in pompa Regis Syriæ Antiochi habemus apud *Athenæum l.* 5. *c.* 5.

r. 5. currum Elephantorum:& in alia pompa *Ptolomæi Philadelphi* apud eundem paulo post Calixenus Rhodius commemorat. Apud Romanos ornabant currus triumphantium, fuitque primus *Pompejus*, qui hoc instituit. *Plin. l.* 8. *c.* 2. Romæ juncti elephanti primum subiere currum Pompeji Magni Africano triũphe, quod prius India victa triumphante Libero patre memoratur. *Plinii* sententia ea est, Liberum seu Bacchum primum triumphasse junctis ad vehiculum elephantis. Atque ita *Dempstr. ad Rosin. lib.* 10. *Bacchus de Indis devictis* triumphaturus quatuor elephantos jugo summisit. Laudat deinde *Diodor. Siculum lib.* 4. At illum de vehiculo nec de Elephantis quatuor egisse constat, sed elephanto rectum, Itaque nõ bene *Dempster.* ac ne *Plinius* quidem, si alios secutus sit autores. Post *Pompejum* elephantos ad currũ triumphalem junxisse *Cajum Cæsarem* scribit idem *Dempsterus* c. l. Post hunc *Pompejum* Cajus Cæsar Gallico Triumpho junxit *Sueton. c.* 37. at illo loco vix tale quid cõspicitur. De his aliisque videndus *Johannes Scheffer de re vehiculari l.* 1. *c.* 9. *p. m.* 105, 106. *edit. Franc. Kipping. antiq. p. m.* 844. *ed. Franc.*

§. 7. Habebant currus triumphales etiam hoc singulare præ reliquis quod licet tan-

tum unus triumphans eis insisteret, aliquando tamen & accederent plures. Triumphantes enim liberos suos assumere solebant, ac in eundem currum secum recipere. *Valerius Maximus lib. 5. cap.* 10. de *Æmilii Pauli filio* : Alter triumphali curru conspectus post diem tertium expiravit. *Tacitus de Germanico lib. 2. Annal. cap.* 41. Augebat intuentium visus eximia ipsius species, currusque quinque liberis onustus. Et intelligendi liberi utriusque sexus. *Capitolinus in Marco cap.* 12. In triumpho autem liberos Marci utriusque sexus secum vexerunt, ita tamen, ut & puellas virgines veherent. Nec ad liberos tantum pertinebat, sed & alios, quos amabant. Sic de *Commodo Lampridius cap.* 3. Bellum quod pater pæne confecerat, Regibus hostium addictus remisit, ac Romam reversus est. Romam ut rediit, subactore suo Antero post se in curru locato triumphavit. Hoc prætextu *Claudia* videtur usa, cum sequeretur sive patrem sive fratrem triumphantem. *Suetonius* in *Tiberio c.* 2. Etiam Virgo Vestalis fratrem injussu populi triumphantem, adscenso simul curru, usque in Capitolium prosecuta est, ne vetare aut intercedere fas cuiquam Tribunorum esset. Aliud est, quod

quod habet *Paulus Diaconus lib.* 9. Supplem. Eutropiani, nec huc trahi debet, uti à quibusdam factum. Verba *Diaconi* sunt: Pulchrum & ignotum antea cunctis mortalibus id spectaculum fuit, patrem & filium uno triumphali curru vectos, gloriosissimam ab his, qui patrem & filium offenderant, victoriam reportasse. Vix hîc est dubium, quin loquatur Diaconus de *Vespasiano* & *Tito*. At verò *Titus* à *Vespasiano* patre non assumptus est amoris gratia, ut solebant aliàs, vel propinquitatis, verum debiti, ut particeps laborum & confecti belli Dux supremus. Notat verò ex hoc loco *Onuphrius lib. de Triumphis*: *Vespasianum* & *Titum* primos extitisse, qui uno curru triumpharent: *Duos Imperatores*, ait, uno curru triumphali vehi, quanquam unà bellum aliquod confecissent, nunquam inveni: Singulis triumphos decerni mos erat. Primi omnium Rom. Ducum *Vespasianus* Augustus & *Titus* Cæsar Judaicum triumphum uno curru vecti una egerunt, &c. Sed est error hic *Onuphrii*, qui errantem secutus est Diaconum. Cum hic legisset, *cum Tito filio Hierosolymis triumphavit*; adjiciendum putavit, quod deerat scil. de curru uno, spectaculoque cunctis antea ignoto. *Jose-*

phus ceu certissimus testis *lib. 7. de bell. judaic. c. 24.* ita scribit: *Post hac Vespasianus prior ibat, & Titus deinde sequebatur.* Quibus verbis clarissimè indicatur, habuisse utrumque currum suum per se. Arguunt idem nummi veteres, qui *Vespasianum* semper exhibent unicum.

§. 8. In ipso etiam Imperatoris curru pone Triumphantem aliquando quidam publicus minister vehebatur, coronam auream gemmis distinctam supra caput ejus tenet, qui à tergo sæpe illud insusurrabat, quod refert *Tertullianus* in *Apologetico adversus gentes*: RESPICIENS POST TE, HOMINEM MEMENTO TE, quæ verba *Panciroll. de Triumphis pag. m. 629.* hoc modò adducit: RESPICE FUTURA ET HOMINEM TE ESSE COGITA. Minister autem ille nonnullis creditur fuisse Spiculator, Lictor, seu Carnifex, prout inferri solet ex illo *Juvenalis*:

Quippe tenet sudans hanc publicus & sibi Consul
Ne placeat, curru servus portatur eodem.

Enimverò ex tanta gloriosissimi Triumphi excellentia tam facile humano Triumphatoris cordi intoleranda quædam ingenerari poterat insolentia, ut *Pausaniæ* Victori opus

esset

esset *Simonides* submonens: MEMENTO TE ESSE HOMINEM. Quocirca vix ille elatus esse poterat, cum perpenderet, tam ancipitem fortunæ eventum esse. Imò in curru isto campanula seu flagellum pendebat, ut meminisset Triumphans, posse se scil. in ea incidere tempora, quibus & ipse flagellis cædi, aut capite plecti posset. Qui enim capite plectendus erat, campanulam gerebat appensam, ne tanquam sacer & contaminatus à quoquam tangeretur. Et hæc de curru triumphali.

CAP. XXI.

De *Acclamationibus & carminibus triumphalibus.*

§. I.

CIrca currum triumphalem citharædorum & tibicinum turba veniebant modulis elegantissimis concinentes. Quippe dignum & justum erat, ut illas aures, quas multa tristia Martialia transverberaverant in prælio, quævis hilaria Musicalia recrearent in Triumpho. Hi namq; Musicorum alumni succincti coronisq; aureis redimiti, suo quisque ordine psallentes canentesque

prodibant. Duos etiam Pœanas Ethnici cantare solebant; unum ante bellum *Marti*; alterum post bellum *Appolloni.*
Hinc bello confecto in triumpho quaquaversum svaviter canebant tibicines & Citharœdi aureas in capite coronas gestantes & purpura vestiti. vid. *Guid. Panciroll. pag. m.* 629. Fumigationes fiebant & suavissimi adurebantur odores. Quo innuebant, partim triumphatores esse honoribus dignos divinis; Diis namque thura consimiliaque incensa incendebantur teste *Guilielm. Stuckio in descript. Sacrif. Gentil.* partim præclarum Triumphatoris nomen esse illi pennatæ Deæ æmulum, de qua nonnemo fingentium finxit:

Extemplo totum volitabit fama per orbem

Porrò milites illi omnes (qui sertis redimiti laureis laurum pariter atque suas coronas, quibus virtutis ergo ab Imperarore donati fuerant, manibus solenniter præferebant atque ita currum triumphalem ordine sequebantur concinnebant partim Imperatoris laudes, partim carmina salsis facetiis ridiculisque mycterismis ita permixta, ut Triumphator nullaten⁹ succenseret, sed conniveret & indulgeret juxta illud *Martialis*:

Festa

Festa coronatus ludet convicia miles
Inter laurigeros cum comes ibit equos.

§. 2. Imperatori Triumphanti variis modis à Militibus acclamatum fuit, de quibus *Barnab. Brisson. lib. 4. de formul. pag. m.* 349. Imprimis autem hæc usitata erat DII TE SERVENT. Dum verò per urbem in Capitolium curru veheretur, acclamari à militibus solitum IO TRIUMPHE, *Varro* tradit *lib. 5. de Lingua Latin.* Sic triumphare, ait, appellatum, quod cum Imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti IO TRIUMPHE IO. *Livius lib. 21.* Infantem in utero matris in Marrucinis, IO TRIUMPHE, clamasse. *Horat. lib. 4. Carm. de triumpho Augusti.*

Tuque dum procedis IO TRIUMPHE
Non semel dicemus IO TRIUMPHE
Civitas omnis, dabimusque divis
Thura benigna

Idem libr. Epodon Od. 9.

IO TRIUMPHE, *tu moraris aureos*
Currus & intactas boves
IO TRIUMPHE *nec Jugurthino parem*
Bello reportastis ducem

Tibull. lib. 2. Eleg. 6.

Ipse gerens Laurus, Lauro devinctus agresti.

Miles Io *magna voce* TRIUMPHE *canet.*
*Ovid. lib.*4. *Trist. eleg.* 2. *de Triumpho Germanici agens*

Tempora Phœbeo lauro cingentur IOQUE
Miles Io *magna voce,* TRIUMPHE, *canet.*

Idem *lib.*1. *Amor. Eleg.* 2.

Omnia te metuent, ad te sua brachia tendent
Vulgus IO, *magna voce,* TRIUMPHE, *canet.*

*Martial. lib.*7. *epigramm. Vulgus* IO *magnos clamat tibi Roma,* TRIUMPHOS

Alcimus Avitus *lib.* 6. *ad Fascinam sororem. cap.* 6.

Cautius ac melius, mihi tum laudabere: cum jam
Hostibus evictis & IO *clamante* TRIUMPHO.

Et hæc utique læta vox accipienda est apud *Ovidium lib.* 1. *Metamorph.* ubi *Apollo* de lauro loquens

Tu Ducibus, ait, latis aderis cum LÆTA TRIUMPHUM
VOX CANET - - - -

Nam & TRIUMPHUM CLAMARE in hanc sententiam dicunt *Liv. lib.* 21. & *Silius Italicus lib.* 13. Et TRIUMPHUM PROCLAMARE, *Valer. Maxim. lib.* 1. *c.* 6. planè hæc vox IO. exsultantium est: unde *Ovid. lib.* 2. *de art. am.*

Dicite IO PÆAN & IO *bis dicite* PÆAN
Decidit in casses præda petita meos.

§. 11.

§. 3. Jocularia etiam quædam carmina & dicteria Milites in suos Imperatores triumphantes jacere solebant. Equidem in more fuisse positum constat, ut à militibus & abjectissimis quibusque triumphalem currum sequentibus, diversis Triumphantes conviciis incesserentur, ne prospera illa fortuna plus justo insolescerent. vid. *Dionys. Halicarnass. lib.* 7. Sic de carmine triumphali *Alexander ab Alexandro genial. dier. lib.6.pag.m.*497. *edit. Lugd. Bat.* Milites - - - pleni fortunatum gloriæque cum jocorum lascivia & carmine triumphali ludibundi. *Livius* 5. *Dec. lib.* 5. in triumpho Acilii & *Appianus* in Libyco. Huic sententiæ adstipulatur *Martial. lib.* 1. *epigram.* 5. ad Cæsar.

Consueverè jocos, vestri quoque ferre triumphi
Materiam dictis nec putet esse Ducem.

Verba *Dionysii Halicarnass.* l. citato sunt sequentia: Hi serias illas saltationes ridiculè imitabantur, depravantes per ludibrium, quibus lusibus Satyricis salibusque jam inde à priscis seculis delectatos Romanos apparet è triumphis etiam. Permittitur enim victores deducentibus, Jambos & dicteria jacere in Imperatores clarissimos, quemadmodum Athenis solebant pompam in plaustris ducentes, scom-

scommatibus obvios impetere: nunc autem extemporalibus utuntur versiculis. *Sveton. in vita Jul. Cæsar. cap. 49.* sic scribit: Gallico deniq; triumpho milites ejus intra cætera carmina, qualia currum prosequentes joculariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronunciaverunt.

GALLIAS CÆSAR SUBEGIT: NICOMEDES CÆSAREM
ECCE CÆSAR NUNC TRIUMPHAT CUI SUBEGIT GALLIAS
NICOMEDES NON TRIUMPHAT, QUI SUBEGIT CÆSAREM

Idem cap. 40. Ne Provincialibus quidem matrimoniis abstinuisse, vel hoc disticho apparet, jactato æque à militibus per Gallicum triumphum.

URBANI SERVATE UXORES, MOECHUM CALVUM ADDUCIMUS:
AURO IN GALLIA STUPRUM EMISTI, HIC SUMSISTI MUTUUM.

Sic & *Ventidium Bassum* humili quidem loco natũ, & cõparandis mulis & vehiculis præbendis Magistratibus, qui sortiti provincias forent, ægrè ac sordide victum sibi quærentem prius, post verò in altissimum dignitatis gradum evectum, & de Parthis, quos tribus jam præliis fugerat fuderatq; trium-

phan-

phantem convicianitibus hisce Jambis imperitum esse legimus.

CONCURRITE OMNES AUGURES, ARUSPICES

PORTENTUM INUSITATUM CONFLATUM EST RECENS

NAM QUI FRICABAT MULOS, CONSUL FACTUS EST.

De quo videatur *Gellius lib.15. Noct. Attic. c.* 14. Vellejus Paterculus lib. 2. Eoque inter jocos militares, qui currum Lepidi Planciq; secuti erant inter exsecrationem civium usurpabant hunc versum

DE GERMANIS, NON DE GALLIS DUO TRIUMPHANT CONSULES

*Plin.l.*10.*c.*8. Olus quoque sylvestre est trium foliorum Divi Julii carminibus præcipuè jocis militaribus celebratum. Alternis quippe versibus exprobravere LAPSANA SE VIXISSE APUD DYRRACHIUM præmiorum parsimoniam cavillantes. Liv.lib.4 de C. *Valerio Cos.* Itaque cum exSc' urbem ovans introiret, alterius inconditi versus militari licentia jactati, quibus Consul increpitus *Menenii* nomen celebre laudibus fuit. Idem *l.*5. de *Camillo.* Dictator recuperata ex hostib' patria triumphans in urbem rediit: interque jocos militares, quos inconditos jaciunt ROMULUS AC PARENS PATRIÆ, CONDITOR-

QUE

QUE ALTER URBIS haud vanis laudibus appellatur. *Idem lib.* 10. *de triumpho Fabii de Gallis* & *lib.*39. conf. *Alexandr. ab Alexand. Genial. dier. lib.* 6. *pag. m.* 498.

CAP. XXII.

De *Ferculis triumphorum & aliis Triumphatoris rebus gestis.*

§. I.

VEnimus ad genus quoddam, quod gestari solebat non in dorso, sed humeris ac dextris. Erant autem *fercula* primum cænarum de quibus *Suetonius* in *Augusto cap.* 74. Cænam trinis ferculis, aut cum abundantissime, senis præbebat. Deinde *fercula* pomparum: quales primum pompæ triumphales, in quibus fercula. *Suetonius* iterum in *Julio cap.* 37. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, VENI, VIDI, VICI. Deinde pompæ sacrorum ludorum. Fercula autem hæc triumphalia varia fuerunt, & hujus generis primum, qualibus suspensas hostium à se devictorum vestes & exuvias gestabant, præsertim quas Dux detraxisset Duci & opima spolia vocabant. *Liv. lib.* 1. *c.* 10. de iis loquens: Romulus cum factis vir magnificus,

tum

tum factorum ostentator, haud minor, spolia Ducis hostium cæsi suspensa, fabricato ad id apte ferculo gerens, in capitolium ascendit. Habemus hîc nominatim ferculum & in eo spolia Ducis. Quale verò fuerit, *Plutarchus* docet in *vit. Romuli*, ubi ait: Romulus quercum miræ proceritatis recidit, & formavit ad instar tropæi. Quia formam dicit habuisse tropæi, hinc liquet, fabrefactum ex stipite simplici, cui in capite appositum transversè lignum brevius figura crucis. Ista fuit namque tropæorum forma apud veteres. *Tertullianus in Apolog. c.* 16. In tropæis cruces intestina sunt tropæorum. In tali ergò cruce lignea è quercu ferebat Romulus opima spolia. Ferebat autem ut opinamur, erecta, sed paulisper tamen reclinata in dextrum humerum. Hic enim ejus gestitantis habitus descriptus est *Plutarcho* c. i. Captum verò ferculum, dextroque applicatum humero ac subrectum gerens incessit. Discimus igitur gestasse ferculum non in dorso, sed in humero, nec tamen demissum jacensque, sicut hastæ gestantur, sed erectum. Nempe arma & spolia super posuerat, quæ obhærere aliter nequibant. Quia tamen propter pondus manu libera gestari molestum ac difficile constabat, ideò applicatum humero habebat. Atque ad hunc modum

modum spolia opima omnia deinde delata in *Feretrii* Jovis templum. Factitatum idem aliquando & in aliis spoliis, ita namque censeo accipienda verba Livii de Horatio trigeminorum victore lib. 1. c. 27. Princeps *Horatius* ibat, ter gemina spolia præ se gerens.

§. 2. Præter ista fercula habuerunt & alia, quibus gestabantur signa atque alia in pompa triumphali. De hujusmodi Suetonii sunt verba ex vita *Julii cap.* 38. Pontico triumpho inter pompæ fercula tum verborum prætulit titulum Veni, vidi, vici, quibus aperte fercula triumphalia pompæ significantur. Est autem pompa triumphalis illa spoliorum aliarumque rerum ordine gestata multitudo. In hoc fercula cum titulis, hoc est, cum tabulis, in quibus scripta rerum gestarum summa capita. Ideo *Suetonius* de uno illo titulo *Julii Cæsaris*, non acta belli significasse, sicut cæteros. Liquet triumphum istum plures habuisse titulos, eosque breviter indicasse acta belli & res gestas. Titulus autem ille non ipsum fuit ferculum, sed in ferculo præferebatur, eô planè modô, sicuti & res aliæ præferebantur, ut oppida, montes, castella & id genus, interdum picta, interdum sculpta ligno, interdum quoque pretio-

tiosiori materia *Vellej' Patercul'* omnes illas res appellat apparatum triumphi. Verba ejus *lib. 2. c. 56.* ubi agit de triumphis Cæsaris: Quinque egit triumphos. Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africani ebore, Hispaniensis argento rasili constitit. Viri docti acceperunt de ferculis. Torrentius *ad Jul. Sueton. c. 37.* ubi hæc adducit verba: de triumphi ferculis, diversa factis materia loquitur ait. Et sic alii. Sed ferculum proprie loquendo non est apparatus, verum id, quo apparatus gestabatur. Ideò ferculum semper fuit eodem genere ligno scil. non ita apparatus. *Svetonius* pro apparatu dixit instrumentum. *Triumphum* ait de Cæsare, egit diverso quemq; apparatu & instrumento. Instrumentnm triumphi atque apparatum, vel ut rem eandem posuit & illos titulos imagines rerum diversarum & id genus intellexit. Habuit enim Cæsaris triũph' præter titulos etiam imagines quales dixi. *Fabius lib. 6. cap. 3.* Cum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata & post dies paucos Fabii maxima lignea, thecas esse oppidorum Cæsaris dixit. Hîc oppida eborea sunt in instrumento atque apparatu Cæsa-

tis

Neque ista sunt confundenda. *Ascon. in Verr* 1. Ferculis signa ante triumphantem vehi per pompam solebant. Per signa autem simulacra oppidorum, statuas Deorum intelligit, hosti erepta. Memorat & hoc in triumpho *Tiberii* aut *Germanici Ovid, lib. 3. ep. 4. ex Ponto.*

Scuta sed & galeæ gemmis radicantur & auro
Stentque super vinctos trunca tropæa viros.

Verum de his pluribus videndus *Joh. Scheffer. lib.* 2. cap. 3. *pag. m.* 43. *edit. Francof.*

§. 3. Cum jam ordine memorato Pompa triumphalis ita processisset, omnis sagatus & togatus comitatus ad Capitolium unà cum curru triumphali contendebant, ubi COSS. & reliqui Magistratus cum universo Senatu Imperatorem Triumphantem expectabant. Cum autem Triumphator in forum Romanum pervenisset, alios captivorum mancipiorum pro sua misericordia gratiam noxarum faciente plerumque vinculis eximebat & in libertatem asserebat, alios verò, sive solos, sive unà cum Ducibus perduellibus pro sua justitia carcere pariter atque morte mulctari jubet. Tandem Tri-

um-

umphator unà cum comitatu ad Capitolium se recipere pergebat, unde votis rite nuncupatis quondam in campum aspiraturus abierat. Notandum autem quod in Capitolium adscendere dicatur; quia gradus ad templum Jovis erant & à foro incipiebant, ibi triumphantes Duces è curru descendebant & ad templum ascendebant. Nam ad templum Jovis desinebat triumphus, cujus pars gradus erant teste *Alexandr. Donati in Roma vet. & nov. pag. m. 94. 95.* Atqui triumphantes curru adscendebant in montem Capitolinum è foro. *Cicero 7. Verr.* At etiam qui triumphant, eoque diutius hostium Duces servant; Tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos Duces in carcerem duci jubent, idemque dies & victoribus Imperii & victis finem vitæ facit. *Eumenius*: Renovasti Imperator veterem illam Romani Imperii fiduciam, quæ de captis hostium Ducibus vindictam morte sumebat, tunc enim captivi Reges, cum à portis usque ad Forum Triumphantium currus honestassent simulatque in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carce-

cerem necabantur. Neque enim ut hoc attingamus, sacrificium à triumphante in Capitolio fiebat, nec templum imbatur, antequam constaret, teste *Josepho lib. 7. Jud. antiq. c.* 24. aliquem è captivis hostibus fuisse trucidatum. De adscensione in Capitolium *Ovid. 2. de Pont. el.* 1. *Lucanus lib.* 9. videndi sunt.

§. 4. Postquam hæc omnia rite peracta erant Triumphator Capitolium ingrediebatur & victima fiebat bove candido. *Ovid. lib. 4. Trist. el.* 2.

Candidaque adducta collum percussa securi
Victima purpureo sanguine tingit humum.

Additur color victimæ, qui albus esse debebat, nam ad Superorum sacrificia albi coloris victimæ destinabantur. Ita Jovi à Flamine bos candidus ex agro Falisco aut Menania nondum subactus & quinquennalis sacrificabatur. Vid. *Foquelin. ad Sat.* 2. *Persii. Arnobius lib.* 2. *advers. gent.* In Albano antiquitus monte nullos alios licebat, quam nivei tauros immolare candoris. *Ammianus Marcell. lib.* 22. *cap.* 30. Immolabat oves candidas terra quæsitas & mari. Sic *Ovid. lib.* 1. *Fastor. Albaque* perfusa victima fronte cadat. *Horat. Carm. sec.* Quique vos bobus

bobus veneratur albis. *Seneca Oed.* 2. 2. Adpellite aris candidum tergo bovem. Idem *Agam.* 3 2. Et nivea magnas victima ante aras cadat. *Silius Ital. lib.* 3. *Pun.*

Jamque Deûm Regi Martique sub omine fausto
Instauratur honos, niveoque ante omnia tauro
Placatur meritis monitor Cyllenius aris

Conferantur hic, *Johann. Saubert. tract. de Sacrif. c.* 18. *pag. m.* 422. *seqq. Stuck. descript. Sacrif. Gentil. edit. Tigur.* Quemadmodum autem Triumphator cum in currum triumphalem adscenderet in hæc prorumpebat verba, testib. Rosin. *antiq. Rom. lib.* 10. *pag. m.* 1624. & *Jacob. Pontan. Progym. pag. m.* 1016.

DII, NVTV ET IMPERIO QVORVM NATA ET AVCTA EST ROMANA, EADEM PLACATI, PROPITIATIQVE SERVATE.

Ita etiam cum in Capitolium venisset precabatur triumphans:

GRATIAS TIBI IVPITER OPTIME MAXVME TIBIQVE IVNONI REGINÆ ET CÆTERIS HVIVS CVSTODIBVS HABITATIONIBVSQVE ARCIS DII, LVBENS LÆTVSQVE AGO, RE ROMANA IN HANC DIEM ET HORAM PER MANVS QVOD VOLVISTI MEAS SERVATA, BENE GESTAQVE EANDEM ET SERVATE VT FACITIS, FOVETE, PROTEGITE, PROPITIATI, SVPPLEX ORO.

§. 5. His factis maxima cum solennitate Triumphator coronam auream Jovi dicatam dabat, ita *Rosin. in antiquit. Rom. lib.* 10. *pag. m.* 1626. asserit. Verum probabilius videtur *coronam lauream* fuisse uti pluribus probat *Alexander Donati de Roma vet. & nov. pag. m.* 98. quæ à Triumphatoribus in gremium Jovis deponebatur. *Senec. de consol. ad Helv. c.* 10. Scilicet minus beatè vivebat Dictator noster, qui Samnitum legatos audiit, cum vilissimum cibum in foro ipse manu versaret, illa, quæ jam sæpe hostem percusserat laureamque in Capitolini Jovis gremium reposuerat. *Dion. l.* 54. In Capitolium ascendens, Augustus, lauream fascibus detraxit, & eam ad Jovis genua opposuit. *Plin. lib.* 15. *cap.* 30. Ex his in gremio Jovis Opt. Max. deponitur quoties lætitiam nova victoria attulit. *Latinus Pacatus in Panegyr. ad Theod.* Depositis in gremio Jovis collocaret. *Stat.* 4. *Sylv.*

Nondum gremio Jovis indica laurus.

Idem simulacrum quercea corona aurea coronabat. Id *Justus Ricquius cap.* 16. *de Capitol.* probat ex Plautinæ Trinummi allatis versibus.

Nam nunc ego, si te surripuisse suspicer,

Jovi

Jovi coronam de capite è Capitolio
Quod in culmine adstat summo &c.

Attamen si probatos autores evolvimus, constat, quod hæc corona & aurea & laurea fuerit. Sciendum est, Jovem Capitolinum fuisse cultum corona non tantum laurea, quæ facile arescit, sed & illa quam dixerunt *insignem* specie scil. amplitudine & materia. Specie quidem & amplitudine h. e. ambitu & latitudine tanta fuit, ut satis appareret, nō ulli condecorando mortali capiti inventam, sed illi uni, quod unum esset caput rerum, sepositam. Non ergo hanc triumphalis Dux domum suam deferebat sed eam ipse, perfecto prope triumpho, triumphali curru vectus deferebat ad Jovem, eamque in ipsius gremio deponebat. Nempe effigies *Jovis Capitolini* ad exemplum Olympici sedebat. vid Alexand. Donati cit. loc. M. Tull. Cicer. ubi de Cæsare Galliarum victore loquitur *de prov. Consf. Or. 37. Si* inquit, in Capitolium invehi victor cum illa insigni laurea gestiret, si deniq; &c. Hoc ipsum exprimit *Sil. Ital.* inducens Jovem de Africano superiore verba facientem: lib. 9.

 Ille

Ille, o nata, libens cui tela inimica ferebas,
Contundet Tyrios, juvenis, ac nomina gentis
Induet & Lybicam feret in Capitolia laurum.
Idem alibi inducit virtutem alloquentem hunc ipsum *Scipionem* in his versibus *lib.* 15.

Sed dabo qui vestrum sævo nunc Marte fatigat
Imperiũ, superare manu, laurumque superbam
In gremio Jovis excisis deponere Pœnis.

Auream quoque fuisse pergit *Justus Ricquius de Capitolio*, ad similitudinem Hetruscarum, quas Tertullianus descripsit *libro de corona militis*: Hoc vocabulum est coronarum, quas gemmis & foliis ex auro quercinis ob Jovem insignes, ad deducendas Thensas cum palmatis togis sumunt. Quæret quisquam cujus datu & concessu gestaretur ea corona cujus item sumtibus fieret? Respondetur à Senatu decretam ac proinde publico sumtu factam. Quod à Senatu decreta fuerit, docet *Cicero in L. Pis. Prat.* 38. Quid est, inquit, quod confecto formidolosissimo bello, coronam illam lauream tibi tantopere decerni volueris à Senatu? Et hæc quidem dici possunt de insigni corona, quæ Jovi ab Imperatore vota post victoriam à Senatu decreta, dein ab ipso triumphatore in gremio Jovis depo-

depoſita, poſtremo in æde ipſius cum cæteris donis religioſe aſſervari ſolita fuit. videatur de his pluribus differens *Carol. Paſckal.* de coron. lib. 8. pag. m. 530. 531. videri etiam poterit *Tiraquell. in not. ad Alexandr. ab Alexandro gen. dier. lib. 6. p. m.* 495. ubi ex *Plinio* de Imperatore *Nerva*, ſcribit, quod coronam lauream in gremio Jovis collocaverit.

CAP. XXIII.

De

Epulo Triumphali.

§. I.

HUjus porrò triumphi magnificentiæ atque pompæ non minima pars erant cœnæ triumphales (ſic enim vulgò dicebantur) quibus Imperatores, ut teſtis eſt *Plutarchus* poſt victoriam populum Romanum in loco publico excipiebant, à quo deinde cœna peracta honoris ergò domum deducebantur, qui honos, ut idem ſcribit, quoniam Conſulibus præſentibus Imperatoribus tribui non poterat. Cœnas autem hujusmodi inſani fuiſſe immaniſque luxus ex hiſtoriis conſtat, quæ ut teſtis eſt *Varro* ut

& epulæ collegiorum frequentes annonam incendebant. In iis testis est *Plinius lib. 33. cap. 7.* Minium unguentis fuisse additum, quo & corpora triumphantium & ipsius Jovis simulacri facies diebus festis illini fuit solita. Verum operæ pretium fuerit epularum hujusmodi triumphalium atque victorialium subjicere exempla, inter quæ antiquissimum est illud epulum victoriale, quod *L. Paulus Æmilius* devicto *Perseo* exhibuit: in quo admirantibus Græcis, quod in magno splendidoque apparatu curiosus esset, dicere solebat: Ejusdem esse animi &aciem & convivium instruere;illam quidem ut formidolosus hostibus, hoc ut amicis gratus esset: testis est *Plutarchus in Rom. Apoph.* & in *Æmilio*, nec non *Livius*. Idem auctor de bello Macedonico facta mentione triumphi *Manlii*: Epulæ quoq; inquit, ipsæ & cura & sumptu majori apparari cœptæ &c. *C. Julii* Cæsaris cœna triumphalis à *Svetonio, Plinio, Pontano*, & aliis auctoribus maximè celebratur, quam ille in Africano triumpho exhibuit. Nam in illa præter obsonia apparatissima uno die in duobus & viginti millibus tricliniorum instructis paratisque mensis & vini Falerni am-

amphoras centum, & Chii cados totidem populo dedisse fertur, & sex muraenarum millia, quas C. *Hircus* in pondo mutuo dedit. *Plinius lib.* 14. *cap.* 15. Quid non & Caesar Dictator triumphi sui coena vini Falerni amphoras, Chii cados in convivia distribuit? Idem Hispaniensi triumpho Chium & Falernum dedit. *Svetonius in vita illius cap.* 5. triumphos commemorans primum & excellentissimum Gallicum, secundum Alexandrinum, tertium Ponticum, huic proximum Africanum, novissimum Hispanicum, dicit, illum adjecisse semper epulum & viscerationem, & post Hispaniensem victoriam duo prandia. Nam cum prius parcè, neque pro liberalitate sua praebitum judicaret, quinto post die aliud largissimum praebuit. Donativum praeterea & congiarium ejusdem Caesaris in triumpho memorabile fuit, pecuniarum illatarum summam ad sexaginta quinque talentum millia fuisse ferunt. *Tiberius Caesar* eo die, quo triumphum Germanicum egit, prandium populo mille mensis, & congiarium tricenos nummos viritim dedit, ut testis est *Svetonius* in ejus vita. *Athen. lib.* 5. *sub fin.* testatur triumphantes Duces in Her-

culis templo convivia illa civibus exhibuisse, cujus rei testes sunt multi poëtæ & historici. Idem *lib.4.ex Posidon.Stoico*: quando in Herculis templo convivantur Romani à triumphante convivio excepti, ipse quoque convivii apparatus est Herculeus. Nam potus est mulsum, cibi autem sunt panes magni,& carnes fumosæ elixæ, nec non recens mactatarum victimarum carnes assatæ multæ. Mulsum porrò apud veteres Romanos in deliciis habebatur & militibus in pompa triumphali dabatur ut testatur *Livius lib. Annal.* 48. Ad hanc consvetudinem *Chrysalus* ille *Plautinus* alludit in Bacchid.

Sed spectatores nos nunc ne miremini
Quod non triumpho, pervulgatum est,nihil moror.
Veruntamen accipientur mulso milites.

§. 2. De epulo hoc triumphali *Columella lib.9. Posidon. lib. 1. histor. Athen. lib. 4. c. 15.& lib. 5. c. 15. Alexand. ab Alexand. genial. dier. lib. 6. pag. m. 499.* De loco igitur ubi cœna data, disquiritur. *Zonaras* Triumphans,inquit,in Capitolium vehebatur,ibique ceremoniis peractis, & donariis dedicatis cum in porticibus ibi cænatus es-

ſet, καὶ παρὰ ταῖς ἐκεῖ δειπνῆσαι στοαῖς, Veſperi tibiis, & fiſtulis antecedentibus domum redibat. *Appianus in Libyco* de *Scipione Africano*: ubi verò, inquit, Capitolium adſcendit Scipio, finita pompa, epulum amicis ex more in templo præbuit, εἰς τὸ ἱερὸν, ad, vel apud Templum. *Bulengerus de Triumph.c.*33. ad *Zonaræ* verba reſpiciens, vertit, in templi porticibus. Quo tempore nondum *Scipio Naſica* ſuas porticus exſtruxerat, quas poſtea, ut credibile eſt, addidit templo, peramplo periſtylo circumductas, ut atrium in medio conſtitueretur angulare ac patens. Quod forſitan eſt atrium publicum de quo *Liv.dec.*3. *lib.*4. Tactum de cælo atrium publicum in Capitolio. Itaque Scipio Africanus in ipſo templi prono & veſtibulo dediſſe convivium credendus eſt, idemque ante illum alii Triumphantes feciſſe. Et hæc Bono cum Deo de pompa triumphali dicta ſunto.

FINIS.

L INDEX



INDEX.

CAPITE I. agitur

CAP. IX.

FINIS.



